D. BARTHOLOMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS.

DE INTERPRETATIONE LEGIS EXTENSIVA,

vberrimus, ac vtilissimus tractatus.


NECNON

D. MATTHAEI MATHESILANI

Bononiensis I. V. D. celeberrimi alter eiusdem argumenti aureus tractatus.

OMNIA NVNC PRIMVM SVMMO studio, ac diligentia D. Gabrielis Sarayne Veronensis. I. V. D. in lucem emissi, additis summariis, ac repertorio.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS MDLVII.

D. BARTHOLOMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS.

DE INTERPRETATIONE

LEGIS [illegible]VA,

vberrimus, ac vtilissimus

tractatus.

NECNON

D. MATTHAEI MATHESILANI

Bononiensis I.V.D. celeberrimi super eo-
dem argumento aureus tractatus.

OMNIA NVNC PRIMVM SVMMO
studio ac diligentia D. Gabrielis Sarayna Vero-
nensis I.V.D. in lucem emissa, additis
summariis, ac repertorio.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS M D LVII.

CLARISSIMO VIRO BENEDICTO CORNELIO PATRITIO VENETO

Beluni Prætori præfectoque
Gabriel Sarayna Iuriscon-
sultus Veronensis.
S. P. D.

QVAEREBAM *antea sedulò Benedicte clarissime, quanàm planè ratione assequi possem, ut me, qui tuis rebus atq; uirtutibus magnoperè studerem, tibi sanè quàmconiunctissimum ascisccerem, gratiamquè tuam demererer. Etenim ad nominis mei celebritatem, studiorumq; meorum*

commendationem plurimum accessurum dignitatis, & ornamenti existimabam, si me tam optimi, atque in omni scientiarum genere doctissimi uiri familiaritate, & consuetudine uti, pleriq; omnes intelligererent. Verum nescio qui semper ingenuus ne dixerim, an subrusticus obstitit pudor, ut qui nec me tibi satis notum sciebam: & uirtutis, ac nobilitatis tuæ quodam quasi fulgore deterrebar. Euicit tandem porrò omnem pudorem lætitia, timoremque alacris quædam audatia superauit: Ubi enim te Beluni prætorem præfectumq; à frequenti Senatu designatum uno omnium ore percepi: tanto fui ex ea re gaudio, tantaq; uoluptate affectus, ut exilierim protinus, atq; gestiuerim. Nam, quamuis nunquam dubium fuerit, quin tibi om-

ni laude præſtanti uiro nulli non honores iampridèm, dignitatesque deberentur: anteaq́ multis, magnificisq́ fueris domi, forisq́ magiſtratibus inſignitus: hoc uno tamen tuarum uirtutum præmium, atq́ teſtimonium publicè accepiſſe mihi uidebare, quo quaſi gradu altius aſcenſurum proculdubiò conijciebam. Hincq́ mihi optimum ad te ſcribendi argumentum, amicitiæq́ inſtituendæ materiam præſtari cenſuerim. Quamobrem de iſta fortunæ, dignitatisq́ acceſsione, mihi tecũ congratulandum, mirificamq́ hanc meam in te uoluntatem eſſe tibi literis ſignificandam opportunũ arbitratus: ſingulari mea in te obſeruantia indignum putaui, ſi eas quidem nudas, ac prorſus inanes, plebeis quidem, ac uulgaribus uerbis perſcriptas ad te mitterem. Icircò quò hæc mea gratu

latio gratior atq; honestior in tuum conspectum prodire posset, eam ad te sine aliquo munere proficisci non esse permittendum duxi. Verũ cùm pretiosa, auri, argentiue dona, quibus ipse plane abundas, tenuitas mea in tanta fortunarum mearum angustia commodè præstare non posset, ad supellectilẽ meam literariam confugi, in qua cùm alia, et ea quidẽ multa, tùm insignes duos, atq; uere aureos extensiuæ interpretationis libellos, alterũ quidẽ à Bartholomæo Cæpolla cõciue meo: Alterum à Matthæo Mathesilano Bononiense summis uigilijs elucubratos in thesauris asseruarem: quos olim maximus ille utriusquẽ iuris coryphæus Torellus Sarayna patruus meus præ cunctis charißimos habuit: eos huiusmodi esse existimaui, quos ad te digne hoc tempore mit

terem: ſciebam enim illos tibi eo in magi-ſtratu iuri dicundo omnem operam potiſ-ſimùm nauaturo, plurimo futuros adiumē-to: ſiquidē ſiue de Pontificijs, Cæſareis-ue legibus agatur: ſiue de priuilegijs, iu-diciorum actis: aut poſtremis uoluntati-bus, alijsue diſpoſitionibus diſceptetur, ſæpiſſime in controuerſiam uenit, utrùm uerba extendi poſſint, aut debeant: qua in re forenſes Rabulæ facile iudici impo-nant, neceſſe eſt: niſi is ſubtilem interpre-tationis extenſiuæ materiam probe noue-rit: eorūq; cauilla, atq; nugatorias tricas ex legum præſcripto refellere didicerit. Haſce igitur gratulationis, amoris, & obſeruantiæ in te meæ plenas literas tibi obuiàm præmitto: præclarūq; hoc, nouū, ac nunquàm antea in lucem emiſſum encby-ridium clariſſ. nomini tuo dico. Tu pro

tua in omnes humanitate, eas quidem ad te uenientes hylari frōte suscipies: egregiumq; hoc munus, meumq; in te studium, atq; officium in bonā partem accipies.

Venetijs Calendis Sextilis.

M D L V I I.

INDEX EORVM, QVAE IN PRAESENTIBVS TRACTATIBVS CONTINENTVR.

De litera B.

De litera C.

De litera D.

* *

De litera F.

De litera G.

De litera H.

De litera I.

De litera M.

De litera P.

Præscriptio

De litera Q.

***

De litera R.

De litera S.

De litera T.

De litera V.

FINIS.

D. BARTOLOMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS IVRISCONSVLTI CLARISSIMI DE INTERPRETATIONE legis extensiua celebris, atque insignis tractatus, & in eum prefatio.

NON sine causa factū arbitror, quod ex tāto Iurisconsultorū numero, quos nostra ac prior aetas doctissimos probatissimosq;, in lucē protulit, neminē ausum videā sublimen extēsionis materiam hactenus pertractare: & si plures varijs in locis ea de re locuti sint. Illud tamen minus perfecte: ac vt ita dixerim summis labijs attigere obsummā ipsius profunditatē: varias diffusasque sententias. Cum autem ego Bartholomeus Cæpolla Veronensis sacri Pōtificij Ciuilisq; iuris doctor hoc in gymnasio Patauino, in quo cathedram iuris ciuilis ordinariā teneo: meis ab auditoribus sæpissime interpellatus fuerim: vt de hac extēsionis ampla & subtili materia: quam interpretationem extēsiuā appello: omnibus vndiq; collectis pro communi omnium vtilitate libellum quendam, aut repetitionem componerem: ipse primum aliquantisper mea quidem sententia merito subsiti, veritus ne id onus impar humeris meis, & periculosum ascriberetur: tū quia res ipsa omni subtilitate referta est: ita vt de iuris apicibus nō immerito dici possit: tū quia in ciuili iure, ac pontifi-

cio in multis locis peregrinisq;,ac vt plurimũ incognita sparsa & in omni pœne iuris corpore ita vagari videtur, vt de ea scribere magna profecto res existimanda sit, vt Cynus Pistoriẽsis decus & ornamentũ disciplinæ ciuilis de rei vxoriæ actione ait:& præsertim cũ optimi doctoris officiũ sit materias sparsas in vnũ colligere: vt per Antoniũ de Butrio Bononiensem: q primũ locum post Ioan. Andreæ canonici Iuris tenuit in procemio scriptũ fuisse legimus: tum ẽt quia idẽ Ant. hanc materiã periculosam eo in loco appellat: vbi de cõsuetudine plenissime disputat,& Ludo. Romanus, qui memoria singulari, studio flagranti omnium iuriũ nostrorũq; doctorũ copia præter cæteros cumulatissimus extitit eam non aggredi ausus.iiij. & xx. libro ffo rum. vbi restrictionis materiam per multos casus latissime tractat: ita eleganter inquit. Moderni Doctores tradunt hic materiam interpretationum ad leges vel constitutiones pertinentium in re valde diffusa:& licet certas conẽtur theoricas tradere: nihilominus impossibile reputo materiã ipsam modo aliquo determinate posse doceri. Veruntamen sæpe mecum postea cogitans, ꝙ nulla iuris nostri pars vtilior: nulla melior: nulla præstantior: nulla deniq; magis frequẽs aut vsu quottidiana: quam huiusmodi iuris extẽsiua interpretatio: siue enim de legibus ciuilibus, aut municipalibus: aut sacris canonibus: siue de contractibus, aut iudicijs, aut vltimis volũtatibus: siue de priuilegijs: siue de quacunque scriptura publica vel priuata: aut alia quauis dispositione loquamur: sæpissime occurrit: vt dubitari oporteat: an verba extendi pos-

sint aut debeant: considerans etiã meorum auditorũ, aliorumq; plurium doctissimorum Virorum frequẽtem & assiduam hac de re quottidie requisitionẽ mihi fieri: maximumq; ipsorum desideriũ, ac operis vtilitatem non mediocrem, satius esse existimaui eorum vtilitati prout vires ingenij mei suffragari videntur, satisfacere: quam huiusmodi opus quanquam meis viribus impar, non assumere, quoniam & si non omnia ita subtiliter: ita eleganter, ita perfecte vt res ipsa postulare videtur, disputata, dillucidata atq; diffinita fuerint: plura tamen & admodum necessaria: quæ per alios in hanc vsq; ætatem minime dicta vel declarata sunt, per me scripta comperientur. Et præsertim veram vt arbitror extensionis tam in genere, quæ in specie sumptæ diffinitionem tradi: quam neminem hactenus diffinisse cõperui: Eo ordine singula disposuimus, vt quæ in iure tam diuino quam humano sparsa diffusaq; vix magna cum lucubratione haberi poterant, facile nunc breui studio cuiq; in promptu esse videbũtur. Omnia postremo ad hanc præclaram & subtilem materiam pertinentia ex vtriusque iuris fonte per nos summis cum vigilijs: summaq; cum diligẽtia vndique collecta in hoc opusculo quam breuissime vt res patitur collocabimus: nihil impertinens: nihil extraneum: nihil a re nostra alienum, q̃d plerique facere consueuerunt, vt multa dixisse uideantur, interferentes doctrinas quãtum in nobis erit, breues, dillucidas: perfectasq; tradere conabimur. Ex eis etiam quamplures quæstiones utiles & quotidianæ decidentur. Rationes Iura, & auctoritates copiose & abunde in me-

dium adducentur. Insuper hanc materiam ita pro uiribus Deo dãte et bene fauente declarabimus: ut omnẽ lapidem Grecorũ prouerbio mouisse uideamur. Vt autem uberius atque commodius hæc tradi possint, libellum de Extensione potius quam repetitionẽ scribendum esse constitui. Cæterum ut interpretationis materia perfecte haberi posit, Alium de restrictiõe, quæ interpretatio restrictiua appellatur: Tertiũ postremo de interpretatione declaratiua huic materiæ necessario consequentes fortasse non minori cura scriptos relinquemus. Cum itaque interpretationis materiam: de qua scripturi sumus in tres tantum partes distributã esse dixerimus: Extensiuam, Restrictiuã & Declaratiuam, licet non nulli Correctiuã, aliqui etiam Expositiuã addant, quæ profecto tribus primis continetur. Et extensiua magis sublimis elegansq; atque diffusa sit, atque in diserendi ratione magna ex parte versetur: hoc primo libro de ea tantum disputabitur: Sed ne superuacuo lõgioribus verbis vtamur, cũ sæpissime in omnibus locis de extensiua interpretatione mentio habenda sit, de extensione solũ, quã interpretationem extensiuã intelligo, verba faciemus, initiũque a diffinitione assumere cõstitui, qđ in principio omniũ disputationũ fieri oportere, ne vagari & errare videatur oratio, teste Cicerone censeo. Nã vt ipse etiã libro primo Officiorũ inquit, omnis quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a diffinitione ꝓficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputetur. Cũ aũt per cognitionẽ generis specierũ cognitio haberi soleat, prius extẽsionem in genere diffiniemus.



DE GENERALI EXTENSIONE INTERPRETATIVA.

SVMMARIVM.

1 *Extensionis interpretatiuæ diffinitio.*
2 *Extensionis mentio ubi, & in quibus iuribus fiat.*
3 *Diffinitioni quid conueniat.*
4 *Diffinitio auctore Boetio rei essentiam demonstrat.*
5 *Declaratio uerborum diffinitionis ipsius extensionis interpretatiuæ.*
6 *Extensio duo habet extrema.*
7 *Fictio extensiua in quo habeat similitudinem cum interpretatione extensiua.*
8 *Relatio habet duo extrema.*

9 Extremum a quo fit extensio, et extremum ad quod, quæ sint aut dicantur?
10 Extremum ad quod fit extensio expressum ubi est non dicitur extensio, sed intensio siue comprehensio.
11 Extrema a quo & ad quod debent esse habili aut possit fieri extensio.
12 Extensio ad hoc ut fiat quõ extrema debeãt esse habilia?
13 Extensio alia localis, alia rationalis, seu intellectiua.
14 Extensio localis duobus modis esse potest.
15 Extensio interpretatiua quare dicatur?
16 De natura diffinitionis est ut sit conuertibilis cum suo diffinito.
17 Extendere est interpretari: & econtra.
18 Extendere leges dicitur ille, qui docet, quia eas interpretatur.
19 Interpretationis uerbum quot modis summatur?
20 Interpretatio respectu præsentis materiæ quid sit.
21 Interpretatio largo modo quid sit.
22 Progressio quid sit?
23 Progressio proprie conuenit extensioni.
24 Transgressio.
25 Productio.
26 Tractio.
27 Porrectio.
28 Prorogatio.
29 Ampliatio.
30 Suppletio.
31 Repletio.
32 Adaptatio.
33 Legis uirtus est in adaptatione legis.

consultorem.

56 Doctor potest extendere ubi est eadem ratio.

57 Excommunicationis absolutio an proprie possit fieri ab homine.

58 Homo non absoluit ab excommunicatione, sed absolutum declarat, quia absolutio fit in cœlis.

59 Absolutio a pœna & culpa, p papā facta dicitur abusiua.

60 Culpam quæ contrahitur per peccatum solum Deus remittit mediante contritione.

61 Papa nec aliqua creatura potest absoluere a culpa.

62 Culpa maculans animam quomodo aboleatur?

63 Sententia in seruitute est declaratoria.

64 Continuatio ad titulos, ad quos spectet, & quomodo intelligatur?

65 Verbum extendo, idest, extensionem declaro.

66 Verbum absoluo, idest, absolutum declaro.

67 Progressio si non esset iusta non diceretur extensio, seu interpretatio sed potius peruersio.

68 Dispensatio si non est iusta non est dispensatio sed dissipatio.

69 Verbum Iusta potest exponi, idest, legitima a iure approbata.

70 Verbum Iusta idest probabilis a iure approbata.

71 Verbum Iusta multis modis accipitur.

72 Bartho. Cæpolla auctor legit ordinariam iuris Canonici.

73 Fictio regulariter non fingit super dispositiuo, nec super his, quæ sunt iuris sed sup facto, siue in his quæ sunt facti.

74 Fictio in facto non consistit quia iuris est.

75 Fictio quandoque fingit factum non fecisse factum.

76 Fictio quandoque fingit factum fuisse factum alio tēpore.

77 Verba enunciatiua regulariter non disponunt.

78 Extensio non cadit in uerbis enuntiatiuis.

79 Exempli causa quæ dicta sunt extensionem non recipiunt quando exempla non restringunt regulam, sed tamen declarant.

80 Extensio non dicitur fieri de eo, quod in exemplo ponitur ad alia, quæ sub exemplo non sunt, sed sub regula continentur.

81 Extensio non fit de genere ad species sub genere comprehensas.

82 Exempli uerba sunt narratiua & ideo non probant neq; disponunt.

83 Extensio non habet locum quando aliquid scriptum est causa exempli, sed comprehensio.

84 Anto. de Roseilis et dominus Ludo. Rom. reprehenduntur.

85 Geminianus reprehenditur dicens, uerba legis posita gratia exempli non restringere legem ad casum expressum sed extendi ad alia similia.

86 Exēpli gratia quomodo cognoscatur an uerba sint posita.

87 Arguere à uerbis narratiuis non licet quia non faciūt ius.

88 Narratiuorum natura est ut nō probent, sed ut probentur.

89 Verba narratiua rescripti non probant ubi & quare?

90 Decisio quando est generalior quàm narratio, tunc inspicitur sola decisio: & ratio quare?

91 Statutum pœnale strictius loquens in parte narratiua quā in decisiua, extēditur ad cōprehensa sub parte dispositiua.

92 Comprehensum quod sub generali decisione non extensio sed comprehensio dicitur.

93 Clemētinarum constitutiones sunt decisoriæ, et quid in compilatione Gregoriana?

94 *Extensio licet in libro Decretalium quandoque non conueniat propter uerba narratiua, tamen in Clementinis potest sæpius conuenire.*

95 *Lex loquens in uno nomine proprio an habeat locũ in alio.*

96 *Lex loquens de homine habet locum in Asino.*

97 *Extensio regulariter non cadit in nomine proprio etiam si sit lex condẽnatoria, quæ nomen propriũ exprimeret.*

98 *Lex quando loquitur sub nomine proprio alicuius, & decisio est simplex uel singularis, nomen proprium censetur appositum gratia exempli.*

99 *Lex quando est cõdemnatoria sub nomine proprio an possit fieri extensio de persona ad personam?*

100 *Diffinitio debet continere essentialia rei diffinitæ.*

101 *Extensio potest esse nedum de uno dispositiuo ad aliud, sed etiam de pluribus ad plura.*

102 *Singulare nominis appellatiui est generale, & comprehendit plura.*

103 *Extremum a quo debet esse expressum, & debet esse habile saltem potentialiter.*

104 *Extremum a quo quando dicatur expressum.*

105 *Expressum illud dicitur quod uoce profertur, uel quod per scripturam apparet ad oculum.*

106 *Tacitum dicitur illud, quod colligitur solum per rationẽ intellectus.*

107 *Tacitum consistit in interpretatione iuris, expressum nõ.*

108 *Testator ubi seipsum glossat, non debemus recurrere ad glossas legis.*

109 *Expressum quot modis esse poßit.*

110 *Expresse fieri intelligitur illud quod fit uerbis singularibus, uel specialibus quando respectu certæ personæ lex*

mandat aliquid fieri.

111 *Item ubi lex corrigens desiderat quid expressum fieri.*

112 Expressum uerbis quid fieri debet, quando lex requirit aliquid fieri expressum, si illa lex uenit ad correctionem alterius legis.

113 Expresse quid fieri intelligitur, ubi aliquid requiritur fieri expresse, non ex eo quòd sit contra dispositionẽ iuris communis, sed quia lex sic mandat, etiam si hoc ex coniecturis appareat.

114 Expressa ratio quando est in lege an dicatur expressum omne id, quod sub illa ratione comprehenditur?

115 Genus sicut comprehendit species, sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium.

116 Expressum illud esse saltem tacite dicitur, ubi esset eadem ratio et rationis idemtitas: nec tunc dicitur fieri extẽsio.

117 Doctor potest extendere legẽ ubi est eadem ratio, et omnimoda similitudo.

118 Extensio non proprie dicitur si est eadem ratio & omnimoda similitudo: nec proprie dicimus statutum extẽdi.

119 Ratio quando est expressa in lege, statuto, uel alia dispositione an dicatur & fieri poßit extensio?

120 Ratio quæ unica potuit mouere l. conditorem si omittatur habetur pro expressa.

121 Expressum an dicatur illud, quod tacite inest?

122 Expressum illud intelligitur quod continetur mẽte legis.

123 Euidens illud intelligitur, quod continetur sub generalitate uerborum.

124 Actio quæ detur ex extensione legis?

125 Lex est illud quod est ex mente legis.

126 Mens legis, quid sit.

1 EXTENSIO interpretatiua † est progressio iusta de dispositiuo expresso ad nõ expressum. Hæc est mea extensionis generalis diffinitio, de cuius † extensionis verbo fit mentio in 2 l. si cui lana. §. i. ff. de leg. iij. & l. omnia. alias l. cum ita legatur. § in fideicõmisso. in fi. ff. de leg. ij. & l. filij mater. §. i. ff. ad Tertulia. et l. si finita. §. fi. ff. de dam. infec. & l. fi. circa prin. C. de veter. iur. enucl. & l. fi. C. de sacros. eccl. & l. in-

uitus.C.de procura. & l.fina.C.vbi & apud quem cog.resti.agi.sit, & l.properandum in princi.C.de iudi.& l.si quando in fi.C.de inoffi.testa. & l. contractus ante fin.C.de fid.instrumen. & l.si quis seruo in fi.C.de furt.& l.apud antiquos post princi. & l.fina. prope fi.eo.titu.& l.fin.in princi.C.de iure deli. & l. pen.C.de his quib.vt indi.& l. fi.circa fi.C.cōmu.de legat.& l.si post prin.versi.neque aduersus filium.C. de bon.quæ lib.& l.fi.C.de præs.xxx.anno. & l.i.circa prin.C.de an.except.& Insti.de satisda.§.pen.facit. l.ij.§.quodcunque.in fin.ff.de excusa.tuto.& l.pen.ff. pro socio,& est glos.l. liberos.ff. de Senato. & l.ait prætor.§.gestum in prin.ff.de minori.& Insti. de succes.cog.in glo.fi.in fin.& est tex. in c.i.§.hoc quoque sciendum in fi.titulo de his qui feud. da.pos. & in c.i. in prin. titulo de cognit.feud.& c.cum speciali. in fin. extra de appel.& c.fi.de præb.& c.fi.in fi.ne cleri.vel mona.& in c.fi.de symo.& in c.quia circa.de priuil. & est tex.cum glos. in verbo extendi. in c. vnico.de iniur.& dam.da.in vi.& in c.fœlicis cæterum:de pœnis.eo.libro,& in cle.literas in fi.de rescriptis.& in cle. statutum de elect.& in cle.i.de procurato.& in mul-
3 tis alijs locis. Et quia in diffinitione† vis & substan-
4 tia rei diffinitæ & eius materiæ consistit, cum† diffinitio (vt inquit Boetius) rei essentiam demonstret:& Bald. refert in rubrica.C.qui admit.ad bono. posses. & l.cum quis in v.col.C.de iuris & fac.igno. Ideo
5 singula† verba diffinitionis nostræ declaremus,iuxta l.item veniunt.§.aptanda.ff.de petitio.hæredi.Et primo dixi in diffinitione, Extensio,quod verbum potest exponi idest extra tensio,ad denotandum quod
6 extensio† habet duo extrema, Vnum a quo fit,aliud ad quod fit:sicuti habet fictio translatiua siue extensiua,vt no. Bar.l.si is qui pro emptore.v.q. princ.ff.
7 de vsucap. Quæ fictio† extensiua in hoc habet si-

militudinem cum interpretatione extẽsiua, vt ibi per
8 Barto. Et sicut†habet etiam relatio duo extrema, vt
9 not. Bald. l.i.xiij. colum. C. qui accus. Et extremũ†a
quo fit extensio est id, quod est expressum, extremũ
ad quod, est illud, quod non est expressum, vt infra
declarabitur super pe. & vltimo verbo diffinitionis.
10 Si enim†esset quocunque modo expressum extre-
mum, ad quod fit extensio, nõ diceretur extensio, sed
intensio seu cõprehensio, & appellaretur interpreta-
tio intensiua: non extensiua seu extrinseca, vt elegan-
ter notat Bal. in consilio suo. 149. quod incipit quidã
Angelus. facit optime l. in his. & l. conditiones quæ
extrinsecus. ff. de cõdi. & demon. & quod non. Bal. l.
Gallus. §. nũc de lege Velleia. in iij. notab. ff. de lib. &
11 posthu. Et ista extrema † debent esse habilia: alias
non posset fieri extensio vt not. plene per Bar. in d. l.
si is qui pro emptore in oppositionibus, & in v. qõ.
princi. vbi eleganter declarat quomodo extrema de-
beant esse habilia: & licet loquatur de fictione trãs-
latiua, seu extensiua: tamẽ idem est in interpretatione
extensiua: quæ in hoc est similis vt supra dixi: Et
12 puto† ꝙ si fieri debet extensio, extremum a quo de-
bet esse habile saltem potentialiter: extremum ad
13 quod debet esse essentialiter. Secũdo appellauit†ex-
tensionem interpretatiuam: quia extensio potest
esse duobus modis: vno modo: quo significat ex-
tensionem localem: Alio modo, quo significat ex-
tensionem rationalem, seu intellectiuam: ad denotan
dum: ꝙ significatur illa tantũ extensio: quæ fit cũ mo
tu seu sensu rationali siue iuridico, & ad differentiam
14 extensionis, †quæ fit cum motu locali: quæ duobus
modis esse potest: vno qñ non additur substãtia vel
quantitas: vt quando extenduntur fimbriæ seu corri-
giæ: alio modo quando additur substantia vel quan
titas: puta quando extenditur Imperium; vt in auth

Vt præp.no.Imp.in i.col. Vel quando extenditur volumen idest ampliatur: vt l.cum quidam circa princi. ibi, non leue libri volumen extendere. C. de verbo. signifi. & ista põt appellari ampliatio l.meminimus. circa princi.ibi, nostras leges ampliari. C. de legit. hæred. & de ista extensione locali non disputabitur: sed

15 solum de rationali seu iuridica. Et † ex his apparet istud verbum, Interpretatiua, necessario fuisse appositum: Nam si extensio simpliciter sine isto verbo, Interpretatiua, diffiniretur: non esset bona diffinitio: quia plus contineret res diffinita scilicet Extensio, quã diffinitio, cum etiam sit extensio localis, vt dixi, cui non conuenit diffinitio prædicta. Et sic esset con

16 tra naturam diffinitionis, quæ est † vt diffinitio sit cõuertibilis cum suo diffinito vt not. glo. l.i. §. dolum. ff. de dol. & glo. i. in rubri. extra de summa trinita. & fide catho. Item appellaui istam extensionẽ inter-

17 pretatiuam. quia extendere est † interpretari secundũ Bar. d. l. si is qui pro emptore xxiij. col. in prin. & ecõtra interpretatio capitur pro extensione, vt not. Ioã. in regula pro possessore in pri. solu. de regu. iur. in

18 vi. in mercurialibus. Et propterea † etiam extendere leges dicitur ille, qui docet, quia eas interpretatur vt est tex. cum glo. in verbo extendentem. l. ij. §. quæ

19 omnia. C. de vete. iure enucl. Verbum autem † Interpretationis licet sumatur pluribus modis vt not. glo. in l. i. in princi. ff. de reg. iur. & glo. l. ij. §. i. in verbo interpretentur. eod. titu. & glos. l. i. §. qui operas. ff. ad Tertul. & glo. c. contra eum de reg. iur. lib. vi. & per glo. notabilem in c. i. in verbo interpretatus extra de postul. præla. & per Ioan. And. in d. regula pro possessore circa prin. in mercurialibus, & per Alberi. de Rosa. plene in suo opere Statutorum in prima parte. viij. q. in pe. col. & Bal. l. iij. C. de lib. præter. & l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posthu. & per Bartho. de

Sali.

Sali.l.hac lege.C.de senten.ex peri.reci. & Rapha. Fulgo.l.non dubium.C. de legi. & ego dixi plene in rubri.ff.de verb.signi. in ij.q.vltimæ partis prin
20 cipalis.In quantum † ad materiam interpretatio dicitur disputandi subtilitas, quæ prudentum auctoritates exigit.ff.de liber. & posthu.l. cū quidā & l. in substitutione.de vulg.et pupil. & ff. de orig.iur. l.ij.§.his legibus,& habetur per Bald.d.l.iij.Et lar-
21 go modo † interpretatio nihil aliud est quā declaratio voluntatis absconditæ, cuius secretū nemini est parens nisi Deo, vt dicit Ange.l.si quis intentione. ff.de iudi.Et circa hoc quid sit Interpretatio vide p Bal.l.i.C.si rector prouin.& l.si furiosi.C.de nupt. & Angel.l. item veniunt.§ aptanda.ff. de petitio. hære.& l.sed sciendum.ff.ad l. Pomp. de parici. & per Petr.de Ancha.in repetitio.c.canonum statuta in 100.& lxviij.col.cum seq. extra de cōsti. & ego plene dixi in rub.ff.de verbo.signi.in vltima parte
22 princi. in i.q. Tertio dixi,est progressio † quasi procul gressio vt c.i. in princ.ibi,vlterius progredi non potest.in titu.de alie.feud. & l. nemo in verbo progressa.C.de a cqui.possess.Et Bal. etiam in rub. C.qui admit.in viij.q.vult ꝙ extensio dicatur pro
23 gressio. Et ꝙ † istud verbum progressio proprie conueniat extensioni probatur aperte cap.i.§.hoc quoque sciendum.ibi,non progreditur,iuncto fine ibi,in infinitum.in titu.de his qui feu.da.pos. Po-
24 test etiam † appellari Transgressio vt est tex.cum
25 glo.l.a diuo Marco.C.de quæstio. Itē † productio l.quod vero contra.ff.de legib.& l.nulla iuris.eod. titu. & l.i.§.veteres ibi,longius producenda sit.ff.
26 de . acquire. pos. Item † Tractio.l. quæ propter necessitatem. ff. de regu. iuris. & l. non dubium.

ibi,trahi generaliter.C.de legib. & l. non est nouū cum l.seq.eo.titu.& not.Angel.l.si quis pecuniam. §.quanquā.ff.siqs omiss. ca. testa.& est glos.i.& ij.
27 l. nō omnium.ff.de legib. Item†Porrectio d.l.ij. ff.de lib.ca.& est tex. cum glo.i.in authen. hoc ius porrectum in prin.C.de sacrosan.eccle.& hoc sentit Bar.l.i.in prin.ff.de verbo.significa.dum allegat l.
28 pronuntiatio.eo.ti. Itē†Prorogatio. vt in c.constitutionem.de regular.in vi.& not.glo.ij.in fi. in l. i.in princi.ff.de orig.iur.& glo.i.§.qui operas.ff.ad Tertul.& Ioan.And.in regula pro possessore in solutio.q. princip.de reg. iur.in mercurialibus. Item
29 †Ampliatio l. meminimus circa princ. C.de legit. hære.& nota.Bal.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.
30 Item†Suppletio.l.oratio.ff. de sponsali.& l.quia actionum.ff.de præs.verb. & not. Bald. in l.i.C. si rect.prouint.& l.ex placito in vi.& vii.q.C.de rer. permu.& l.omnes populi.versi.modo quæro vnū ff.de iusti. & iure, & probatur in l. Gallus.§. & quid si tantum. secundum Bald. ibi.ff. de liber. &
31 posthu. Item † Repletio,vt dicit Bald.l.si furiosi per illum text. C.de nupt. Item Adiectio, adijcere enim est extendere vt dicit Bal.in consi.suo.cxxiij. Qđ incipit casus talis est Statuto ciuitatis Castelli.
32 Item†Adaptatio.l. nō solum.§.qui primipilium. in fi.ff.de excusa.tut. & l. item veniunt.§.aptanda. ff.de peti.hæred.& ita vult Bald. licet nihil alleget in l.i.§.ne autem.in ij.colum.in fin. C.de cadu. tol. Vbi dicit ꝙ nihil aliud est omnis Interpretatio,nisi quædam adaptatio;& dicit Bald.d.§. qui primipi-
33 lum ꝙ virtus†legis est in adaptatione legis de similibus ad similia:nec de hoc habemus pulchriores tex.alibi quā in illo.§.qui primipilū,qui pōt alle

34 gari ad hoc ꝙ,scire leges†nõ est aliud ꝙ̃ scire īduce
35 re leges.facit lex scire.ff. de legib. Itẽ†põt dici ser-
prio,vt est tex.l. siquis pecuniã.§.quãquã.ff. siquis
omis.cau.testa.& ibi Ang. q dicit,ꝙ de isto verbo
serpit non meminit se alibi legisse in iure ciuili,Sed
tu adde ꝙ de nostro canonico est similis tex.de pœ
niten.dist.i.c.miror.in fi.Et ex hoc dat Ang.vnam
36 doctrinam singu.ꝙ vbicunque† dispositio proui-
dens in vno casu producitur ad alium, illa produ-
ctio appellatur Tractio seu Sentẽtia serpẽtina,quæ
cum cauda se reuoluens percutit alium quã oculus
37 e ius respiciat,quod dicit esse menti tenendum.†Et
si bene perspicis illa tractio seu sententia serpenti-
na,extẽsio est vt patet ex prædictis: Nec puto istã
extensionem posse appellari translationem , sicut
Bartol. appellat fictionem translatiuam siue ex-
tensiuam l.si is qui pro emptore.v. q. princip.ff.de
38 vsucap. quia extensio† non tollit extremũ a quo
se extendit ad aliud extremum ad quod, vt patet
in iuribus quæ supra in princ.dedi ei. Sed transla-
39 tio†præsupponit extremũ a quo tolli, & transfun
di in extremum ad quod , vt probatur.l.sicut. & l.
translatio cum duabus ll.sequentibus.ff.de adi.leg.
& l.& si transferam. & l. legatum sub conditione
in prin.eod.titu. Et intellige hoc verbum Progres-
sio cum alĳs similibus supra deductis de mentali
seu rationali siue iuridica,nõ de locali,vt dixi supra
in ver.Tertio. appellaui. Sed opponit̃ cõtra præ
dicta,& videtur ꝙ illud verbum progressio cum
alĳs similibus supra allegatis non conueniat diffi-
40 nitioni , quia diffinitio†debet rem diffinire prout
est in esse producta , non prout est in actu produ-
cendi,vt dicit.Dyn. Bar.& doct. l.i.in princi.ff. de

acquir.pos.sed hic dum dicitur progressio videtur diffiniri extensio prout est in actu producendi, ergo proprie conuenire non videtur diffinitioni. Solutio. Illud verbum † progressio potest assumi prout est in habitu seu potentia, & non in actu, & ita cessat contrarium. Vel secundo potest solui, ꝙ verbum progressio ex quo refertur ad duo extrema, potest intelligi vt significet progressionem iam factam, & sic extensionem prout est in actu producta, licet alibi verbum † præsentis temporis non significet rem perfectam, sed in actu faciendi vt not. glo. in l. arboribus. §. Idem tractat in verbo vsusfructu. ff. de vsufru. quæ ponit exemplum de Lupo. dum dicit Lupus exit siluam non tamen exiuit, & est glos. l. cũ antiquitas. C. de testa. quæ exponit ibi verbum nascitur, idest incipit fieri. Imo † plus etiã quando participium præteriti temporis est iunctũ cum verbo præsentis temporis significat solũ præteritum imperfectum, quia adhuc sapit de præsenti, vt not. Bar. l. si is qui pro empto. viij. colum. ff. de vsucap. Et quia ad hoc nihil allegat, tu allega. l. verbum erit. ff. de verbo. signi. Vel tertio potest dici, aut capitur † verbum progressio pro ipsa progressione naturali, & procedat contrarium. Aut capitur prout est effectus quidam resultans ex ipsa progressione, & tunc cessat contrarium, vt in simili not. Bart. l. v. §. stipulatio. ff. de verbo. obligatio. Nec est hoc inconueniens, quia simile verbum ponitur per Iuriscõsultũ in diffinitione stipulationis, in l. v. §. stipulatio. ff. de verbo. obliga. dum dicit stipulatio † est verborum conceptio, & tamen stipulatio est ius, vt dicit glo. in l. i. §. i. in verbo eã enim rẽ. ff. de acqui. pos. & not. Bart. l. si is qui pro emptore

41 42 43 44 45 46

in iij.q.princi.xxi.colum. & sequenti.ff.de vsucap. Similiter etiam diffinitur fictio per Bar. ibi in l. qō.
47 priu.vbi ita diffinit: Fictio est† in re certa eius qđ est possibile contra veritatem pro veritate a iure facta assumptio. Vel quarto potest responderi, ꝙ
48 duplex † est ens secundum beatum Thomam in tertio Metaphisicæ: vnum perfectũ, aliud imperfectum, perfectum est ponendo extremũ in iure nostro, puta testamentum, quod rem perfectã & absolutam significat, vt habetur in l.i ff.de testa. imperfectum ens, sicuti est extensio, quæ cum fiat cũ motu rationali seu intellectuali, dum est in motu
49 non potest dici perfecta. Si ergo quæritur an† diffinitio debeat diffinire rem, prout est in fieri seu in actu producendi, an prout facta seu in esse producta, distinguendum est sic. Aut diffinit, ens perfectũ
50 † siue res perfecta de sui natura, & tunc debet diffiniri prout est in esse producta, & ita intelligatur dictum Dy. & Barto. Aut diffinitur res† vel aliquod
51 ens imperfectum prout est extensio, & tunc potest
52 diffiniri, prout est in actu producendi, ex quo† extensio est res (vt dixi) imperfecta, & ita loquatur diffinitio nostra, quæ dicit, ꝙ extensio est progres-
53 sio. Posset etiam considerari extensio † non prout est in actu imperfecto, seu in actu producendi, sed prout est perfecta, & iam facta, & tunc idem dicẽdum est, ꝙ similiter verbum progressio intelligatur de extensione iam facta, & sic cessat contrariũ, quod not. quia Doctores nostri non considerauerunt ista. Secũdo oppo. contra diffinitionẽ intelligendo extensionem prout fit ab homine siue iurisperito vel iudice, quia isti non possunt istam pro-
54 gressionem facere, cum extensio †non possit fieri

nisi per legē vel habētem potestatē legis, sicut dici
mus de fictione, quæ nō fit per hominē sed per legē
vt sentit Bar.l.i.§.in filij in fin.ff.ad Trebel. sicut ēt
55 dr̄ †de diffinitione seu determinatione iuris, quæ
non spectat etiam ad glossatorē, sed ad iurisconsul-
torem, vt not.Ioan.And. in procemio clemētinarū
in gl. magna in verbo de cætero, in fi.Solutio: si ca
pimus progressionem & extensionem quæ fit per
l.vel a iuris conditore seu habentem potestatem le
gis condendæ & cessat contrarium, si capimus eā
quæ fit per glossatorem vel iurisperitum, debet dici
verum esse, ꝙ extensio non potest per eos fieri, sed
bene potest declarari ꝙ debeat, vel possit fieri ex-
tensio legis auctoritate, & hoc etiam vult Bart.l.
ab executore in prin.in ij. colum.ff.de appel. & ita
debet intelligi Ioan.And.in ca. pro possessore ante
fi.de regu.iur.in mercurialibus, qui dixit ꝙ doctor
56 †potest extendere vbi est eadem ratio & omni-
moda similitudo, quia debet exponere.i.declarare
57 extensionem esse faciendam. Sicut dicimus† de
absolutione excommunicationis, quæ fit ab homi
58 ne, nam† proprie loquendo homo idest Iudex nō
absoluit ab excommunicatione, sed absolutum de-
clarat, quia absolutio fit in cœlis xxvi.dist. qualis,
& habetur xxiij.q.ij.legatur in glos. pen.in verbo
in cœlis.& habetur in c.a nobis il ij.& ibi not.An-
to.de Butr. & scribentes ibi extra de sententia ex-
59 cōmu. Idem † dicitur in absolutione a pœna &
culpa, nam licet dici soleat scilicet ꝙ Papa absoluit
a pœna & culpa, vt clemen.ij.de pœnitē. & remis.
& habetur in c.omnis vtriusq; sexus. de pœniten.
& remis. tamen improprie seu abusiue hoc dicitur
60 quia solus† Deus remittit culpam, quæ cōtrahitur

per peccatum,& hanc remissionem facit Deus me diante contritione.de pœnitē.distin.i.c.hoc idem.& c.verbum.& de pœnitē. dist.iiij.c.nemo tollit.Qui 61 nimmo†nec Papa nec aliqua creatura potest absoluere a culpa, contrahitur enim ex rancore vel odio inter Deum & hominem per peccatum gene 62 rato, quæ† culpa dicitur maculare animam.i.q.i. ventū est,& ex hac mœretur pœnam æternā, quæ per contrictionē aboletur, & commutatur in tem porale,quam si non subit vel patitur in hoc seculo patitur in futuro.de pœniten. distin.i.si peccatum, & c.multiplex.& xxv.dist.qualis & c.super eo.de rapto.ita dicit nota.Pet.de Ancha.in regula peccatum in xij.colum.versi.exponendo singularia ver 63 ba,de reg.iur.in vi. Sic etiam†dicimus de sententia in seruitute,qa est declaratoria l.sicuti.§.si quæratur in pen.responso.ff.si serui.vendi.Sic etiam di 64 co†de cōtinuatione, quæ solet fieri ad titulos præcedentes iuxta l.ij.ff.de statu.homi.quia debet intelligi,de continuatione quæ fit a lege vel iuriscōditore,quoniam ad ipsum spectat continuare, non aūt de illa,quæ fit ab alijs inferioribus,puta glossatoribus vel præceptoribus, quia ad ipsos non spectat continuare, sed continuatā declarare, vt dixi, in repetitio. rubri.extra de testamen. Et pro prædictis. 65 videlicet ꝙ verbum Extendo,possit intelligi idest 66 extensionem declaro, & Absoluo idest absolutū declaro,allego tex.cum glo.fin.in fin.in c.peruenit. il i.extra de iureiurā.vbi exponit absoluimus, idest absolutum esse ostēdimus, & similis expositio ponitur per glo.xxiij.q.i.audiuimus, in uerbo absoluendo,& per glo.xi.q.iij.excellentissimus,in verbo absoluantur, & per glo.xv.q.vi.auctoritatem

ante medium. Quarto dixi in diffinitione Iusta argu.l iusta interpretatione ff.de verbo. signi. & l quia actionum. in verbo iusta.ff. de præscri.verb.
67 quia † si non esset progressio iusta non diceretur extensio seu interpretatio, sed potius peruersio, vt dicit Imperator, in l ij in penul.colum.ante fi. C.de
68 veter.iur.enuclea. Sicut etiam dicitur † de dispensatione, quæ si non est iusta, puta quia non fundatur sup vrgenti necessitate, vel euidenti vtilitate nō est dispensatio, sed dissipatio, vt ait beatus Bernardus & refert Ioan.Monaci.in cap.vnico.in glo.fi. in fi.
69 de ætate & qual.lib.vi. Et hoc verbum † iusta potest exponi, idest legitima a iure approbata & ita etiam exponitur verbum iusta appositum in diffinitione testamenti, in l.i.ff.de testa. & ibi nota. per Bar.Bald.& doct.& Canoni. in rub. extra de te-
70 sta. Vel potest exponi † iusta idest probabilis a iure approbata, vt habetur in l. prima.C.de legib.& in l.i.ff. si cert. peta. sicut alibi dicitur iustus metus, idest ꝓbabilis, vt ĩ c.fi.ibi, si iustus metus. extra de appella.& ibi hoc not.Bald. Vel potest exponi iusta, idest quæ habeat iuris effectũ, facit ad hoc quæ not.Bartol.in l.si is qui pro emp. in i.q.princi.ff.de
71 vsucap. Multis etiam alijs modis † accipitur verbum iusta, de quibus per docto.d.l.i.ff.de testa. & in rub.extra eodem titu.vbi etiam plene dixi. Dũ
72 legerẽ † hic ordinariam iuris Canonici: Quomodo autẽ cognosci possit an ista progressio sit iusta, col lige ex his quæ dicã infra in ti. sup quo fundet ex tensio, & in titu.quot sint necessaria vt possit fieri extensio, & in titu. quomodo & qualiter possit fieri extẽsio. Quinto dixi de dispositiuo ad differentiam extensionis, quæ fit cum motu locali, de

qua dixi supra in versi. secundo appellaui. Item ad
73 differentiam† fictionis quæ regulariter non fingit super dispositiuo, nec super his quæ sunt iuris, sed super facto: siue in his quæ sunt facti, vt not. plene
74 per Bart. d. l. si is qui pro. in ij. q. prin. licet ipsa† fictio in facto non consistat, quia iuris est, vt dicit Bald. in authen. defuncto. in fi. C. ad Tertul. allegat not. in l. cum miles. ff ex quib. cau. ma. Nam fictio
75 †quandoque fingit factum non fuisse factum, sicuti fictio postliminij, vt insti. quib. mo. ius. pa. po. sol. §. si ab hostibus, & toto titu. ff. & C. de capti. Quandoque† fingit alio tempore factum fuisse vt facit lex Cornelia, vt l. lege Cornelia. ff. de test. & l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pu. & habetur in glo. insti. qui testa fa. pos. §. fi. Potes etiam videre alia exépla quæ ponit Bar. d. l. si is qui. in iiij. q. princi. Item ad
77 differentiam† verborum enuntiatiuorum, quæ regulariter non disponunt. l. ex his verbis. C. de testa. mili. & not. per Bar. & docto. in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & Canoni. in c. si Papa. de priuileg.
78 in vi. Ex quo sequitur quod extensio† non cadit in verbis enuntiatiuis quæ non disponunt, sed in verbis tantum dispositiuis: quæ autem sint verba enũtiatiua & dispositiua, vide per docto. in dictis iuribus. & Bald. in l. i. ij. colum. C. de fals. ca. adie. leg. & Bald. plene. l. verba testamenti. C. de testa. & in l. i. C. quomodo & quando iud. in v. colum. & Ang. & Paul. de Cast. & alios. in l. epistola. ff. de pact. & Matth. Mathesil. de Bononia. in xxxiij. xxxiiij. & lxxix. notab. & per tex. in c. fina. & ibi Anto. de Butr. & alij Cano. extra de succes. ab intesta. cum
79 similibus. Item dixi de dispositiuo† ad differentiam verborum, quæ ponuntur causa exempli, qa

ea quæ exempli causa dicuntur extensionem non recipiunt, quoniam exempla non restringunt nec ampliant regulam, sed eã declarant, vt l.i.§.quod vulgo.ff.de vi. & vi.arma.& l.damni infecti stipulatio pertinet in fin.ff.de dam.infe.Nec dicitur fieri
80 †extensio de eo quod in exemplo ponitur,ad alia quæ sub exemplo non sunt,sed sub regula continẽ
81 tur,sicuti non fit†extensio de genere ad species sub genere comprehensas, quia illa non est extensio, sed cõprehensio,vt dicit eleganter Petr.& Cyn.in l.Iura non in singulos.ff.de legib. & Bal.l de quibus eod.titu.& Paul.de Cast. in consil. cccxxxi.in ij.colum.Et potest assignari etiam alia ratio, quia
82 verba exempli†sunt narratiua, & ideo non probant,neque disponunt,vt probat Innoc.c.si. extra. de fide instru.& vide quæ statim dicam de verbis
83 narratiuis, Et ꝙ non†habeat locum extensio, sed comprehẽsio,quãdo aliquid scriptum est causa exẽpli,tenet Cyn. secundum Iacob.de Are. in l.unica.
84 ij.q.C.vti.pos. Et ex his†infertur Ant.de Rosel. in.§.de viro.in l.si vero.ff.solu.matri.nõ bene locutum esse,dum dicit hanc esse.v.fallen.in qua fit extensio,quando lex loquitur per ista verba exempli gratia,quia vt dixi non est proprie extensio.& similiter non conuenienter locutus est Domi. de S. Gemi.in c.si Papa.in princi.de priuileg.in vi.qui di
85 cit per illum tex.ꝙ verba legis posita† gratia exẽpli non restringunt legem ad casum expressum,sed extenduntur ad alia similia, quia non est proprie extensio,& idem voluit & non bene Ludo. Ro. in authen. similiter.in xxij. colum. versic. secundo quia cum lex narrando.C.ad l.Falcid. Quomo-
86 do†autem cognoscatur an verba sunt posita gra-

tia exempli? Dic, quando dicatur, exempli gratia, vt d.l.damni infecti stipulatio, in fin. Idem quando dicitur verbi gratia, vt l. Nauis onustæ.§. si. versi. sed distinctio.ff.ad l. Rhod.de iactu. & l. si per emptorem.ff.de peri.& con. rei. vendi. & l.ij.ff. loca. & l. labeo.in prin.ff.de supel.lega.& l.ij.C. vt dig. ordo serue. lib.xij.& c.quoniam frequenter.§.porro.extra vt lit .non contesta.cum simi. Idem quando poneretur dictio. puta, quando ponitur exemplificatiue, vt l. sed si per prætorem.§. quotiens.ff. ex quib.cau. ma. & l.si seruos.ff. de pigno. actio. & l in his.§.Imperator.ff.de solutio. Idem quando ponerentur alia huiusmodi verba exemplificatiue significantia. Item dixi, Dispositiuo, etiam ad differentiam verborum narratiuorum, quia a verbis 87 †narratiuis non est licitum arguere, quia non faciunt ius, vt est glo.notabilis in l. vnica.C.quando non peten.part.secundum Ludo. Roma. in repeti. authen.similiter xxij.colum.in prin. ad l.Falcid. & not.Ioan. And.in cap.dilecto. extra de præben. in nouel. & est glos.in c. cum qui in verbo non teneris.de dolo.& contu.in vi.& ibi Domi.de S.Gemi. & glo.in c.i.in verbo collatio. de rer. permut.eod: lib.& sentit Bar in l.si perlusorio.in princi.ff. de appel.& probatur in c.si Papa.in princip.de priuileg. in vi.& ibi Ioan .And.& Domi. qui dicunt, ꝙ na-88 tura† narratiuorum est, vt non probēt, sed vt probentur, & Bald. etiam not.in l. non epistolis circa princ.C.de probat.tenet ꝙ verba †narratiua etiam rescripti non probant, allegat c.si motu proprio.de præb.in vi. Et maxime hoc procedit quando, deci-89 sio.†est generalior quā narratio, quia tunc inspicitur sola decisio, & narratio assumitur pro causa

90 impulsiua: decisio†pro causa finali, vt dicit Ioã. Andr.in c.quoniam per illum tex.de immunita. ecclesia.lib.vi.in nouella.quem sequitur ibi Domini,qui in hoc colligit vnum notabile dicens, ꝙ Statu-
91 tum pœnale†strictius loquens in parte narratiua, quã in decisiua,extenditur ad comprehẽsa sub parte dispositiua,Quod notabile inepte collectum esse arbitror,quia in nullo casu hic conuenit extensio, nam respectu narrationis non conuenit vt dixi,
92 nec respectu decisionis, quia quod sub†decisione generali comprehenditur non est extensio,sed comprensio,vt dixi supra in simili circa prin.Et eodem modo improprie locutus est.Ludo. Ro. in d.auth. similiter. in xxij. vbi dixit in huiusmodi terminis extensionem fieri. Aduertendum tamen est ad
93 vnum singulariter, ꝙ omnes constitutiones†Clementinarum sunt decisoriæ, secus in compilatione Gregoriana, quia ibi pluries factũ narratur, vt dicit Guil.de Monte Laudu.in cle.frequens uersic. præsentatos.& ibi etiam Cardi. Zab.vij.q. de ex-
94 cess.prælat. Ex quo† infero,ꝙ licet in libro Decretalium quandoq; non conueniat extensio propter verba narratiua, quæ in eo reperiuntur:tamen in Clementinis potest sæpius conuenire:ex quo in eis non sunt verba narratiua, sed dispositiua seu decisiua,quod tene menti. Item dixi de dispositiuo, vt excludatur nomen proprium prolatum a lege,
95 quia lex loquens † in Titio habet locum in Sempronio quando termini sunt indifferentes:quia nomen proprium uidetur tunc expressum causa exempli, vt not. Cyn.in l.unica.ſ. qõ.C. vti pos. Immo
96 plus dicit similiter lex loquens † de homine habet locum in Asino.facit pro hoc l.iura non in singulas

7 ff. de legib. Vnde in nomine † proprio regulariter non cadit extensio etiam si esset lex condemnatoria, quæ nomen proprium exprimeret iuxta cap.
98 i. de scismati. lib. vi. quia quando lex † loquitur sub nomine proprio alicuius, et decisio est simplex vel generalis, nomen proprium censetur appositū gratia exempli, vel quia sic de facto contingit, & sic extensio nō conuenit, vt sæpe dictum est, sed quā-
99 do est † condemnatoria lex sub nomine proprio, licet possit conuenire extensio de persona ad personam, tamē non potest nec debet fieri, ex quo sententia est pœnalis & stricti iuris, vt l. si patronus. §. si quis cum esset. ff. de bon. lib. & nota. in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. De quo dic vt dicam infra in titu super quibus vel circa quam materiam possit fieri extensio, vbi tractabitur de sententia, et in tit. quot mod. pos. fieri extensio. in i. parte princi. in qua disputabitur an de persona ad personā possit fieri extensio, & ibi etiam tangetur, quando exprimitur persona sub nomine appellatiuo, an possit fieri extensio, vbi videndum erit. Sed contra prædicta oppo. et videtur illud verbum de dispositiuo nō
100 conuenire diffinitioni, quia diffinitio † debet continere essentialia rei diffinitæ, vt dixi supra circa prin.
101 Sed extensio † potest esse nedum de vno dispositiuo ad aliud, sed ē t de pluribus ad plura, ergo diffinitio posita in singulari per verbum dispositiuo non videtur bona, quia singulare vno numero est contentum l. fina. ff. ad Trebel. Potest responderi, ꝙ
102 singulare † nominis appellatiui est generale & cōprehendit plura l. in vsu iuris. ff. de verb. signi. & l. si quis ita. §. si quis filio. ff. de testa. tut. vt not. Bald. in consilio suo cvi. quod incipit. quidam nomine

Iacobus Putij.facit quod not.Bartol.l.hæres meus §.vxori.ff. de leg.iij. circa qđ vide quæ plene dixi in titu.quot mo.pof.fieri.extẽſio in illa.q an de ſingulari ad plurale vel econtra poſsit fieri extenſio?

Sexto dixi in diffinitione Expreſſo, hoc eſt pri-
103 mum extenſionis extremum a quo, quod† debet eſſe expreſſum, vt dixi ſupra in prin. diffinitionis, in l.oratio.ff. de ſponſ. & l. qui actionũ.ff. de præſ. verb. & debet eſſe habile ſaltem potentialiter, vt
104 dixi ſupra circa prin.Dicitur autem iſtud† extremum a quo eſſe expreſſum, quando ſcriptum vel dictum reperitur vt probatur d.l.oratio. ibi, vel locuta eſt, & hoc etiam tenet Bal.in l.ſed & ſiquis.§. quæſitum.v.col.verſi.venio ad quæſtiones in fi.ff.
105 ſiq. caut.vbi dicit, expreſſum † etiam illud quod voce profertur, vel quod per ſcripturã apparet ad
106 oculũ. Tacitũ vero dicitur† illud quod colligitur ſolum per rationẽ intellectus allegat l. iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.& l.non recte.C. de fideiuſ. & l.i.ff.de his quæ in teſta.dele. Et ideo dixit idem Bald.in authẽ. niſi rogati.ij. colum.C.ad Treb. ꝙ
107 tacitum† conſiſtit in interpretatione iuris, expreſ-
108 ſum non:Et vbi teſtator† ſeipſum gloſſat, non debemus recurrere ad gloſſas legis. facit l. continuus. §.cum ita.ff.de verbo.oblig.& l. ille aut ille §.cum
109 in verbis.ff.de leg.iij. Et iſtud† expreſſum verbis vel ſcriptura poteſt eſſe tribus modis, vno modo in genere l.fi.in fi.cum ibi not.C.quod cum eo. Secundo modo ſpecialiter.l.i.§.inter filium. ff. ad l. Cor.de fal.& d.l.fina.ſecundum aliam opi. Tertio modo ſingulariter, quando proprio nomine aliquid exprimitur l.qđ in rerum.§.fi.ff.de leg.i.& ibi glo.paruula, vt eleganter not.Bar.l.i.in princ. in ij.

colum.ff.de vulg.& pupil. & habetur per glo.& docto l.si mihi & tibi.§.fin. in verbo valebit.ff. de
110 leg.i.Et adde singulariter, ꝙ quando †respectu certæ personæ lex mandat quid fieri, tūc dicitur expresse fieri illud, quod fit verbis singularibus siue specialibus, non autem tacite per coniecturas, vt est glo.ordi.in c.inquisitores in verbo expresse de hæ-
111 re.in vi.Et idem †vbi lex corrigens desiderat quid expressim fieri, quia ad satisfaciendum ei necesse est fieri expressionem uerbis specialibus non autē tacite inferri ex coniecturis l.si quis in prin.testamēti.ver. sed hoc ita de leg.iij.& l.fin.C.de indi.uidui.
112 tol. Item quando † lex requirit aliquid fieri expressim si illa lex venit ad correctionem alterius l. illud dicit̄ fieri expressim, quādo fit simpliciter vt in auth. de tri.& semiss.§.illud quoq; colla.iij. secūdum Angel.ibi qui allegat tex.etiam in authen. de hære.& fal.§.si vero expressim,& est tex.in authē.
113 ex testamento in fi. C.de collat. Item †vbi aliquid requiritur fieri expresse non ex eo, ꝙ fit contra dispositionem iuris communis, sed quia lex sic mandat, tunc dicitur fieri expresse etiam si hoc ex coniecturis appareat facit l.licet Imperator cum ibi not. ff.de leg.i.sed ubi lex requirit aliquid fieri expressim pro eo, quia factum simpliciter est contra dispositionē iuris communis: tunc illud uidetur fieri expressim, quod fit per uerba expressim hoc importantia non per coniecturas, ut dicit notabiliter Ang. in authen.de hære.& fal.§.si vero expressim
114 per illum tex.in i.colum.in fi. Sed nunquid †quādo ratio est expressa in l. dicatur expressum omne id quod sub illa ratione comprehenditur? & inquit Bald. subtiliter l. de quibus.ff. de legib. ꝙ fuerunt

originaliter verba Pet.& Cyn.in l.iura non in sin gulas eod.tit. Quando pluribus casibus est eadem ratio tunc vna & eadem ratio numero decidit om
115 nis casus non per extensionem, imo sicut†genus comprehendit species, sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium, sed quando sunt rationes spetie differentes tamen similes, tunc ista est extensio, quæ est quædam progressio de termino ad terminũ per adæquationẽ seu paritatẽ, quæ verba sunt pulcherrima, vera, & subtilia secundum Paul. de Cast. qui etiam hoc tenet & eleganter declarat in consi.lxxxiij.quod incipit in Christi nomine amen: præsens casus modicam dubitationem habere videtur. in ij.colum. quem omnino vide, &
116 perpetuo tene mẽti. Cui adde, illud†expressum esse saltem tacite vbi esset omnimoda ratio & rationis identitas, nec tunc dicitur fieri extensio, vt not. Pet. de Ancha. in repetitio. c. Canonum statuta in xxxv.colum. versi. ex prædictis argue extra de cõstitu. allegat not. in cap.i. de tempo. ordi. in vi. Sed Ioan. And. in c. pro possessore. de regu. iur. in vi. in mercurialibus videtur aliter sentire, dixit enim, ꝙ
117 doctor† potest extendere vbi est eadem ratio & omnimoda similitudo vt dixi supra in ij.oppo. cõtra verbum progressio. Potest dici aliud esse quãdo est omnimoda similitudo, aliud quando est omnimoda ratio, & rationis identitas, quia in primo casu est proprie extensio: in secundo non, vt statim dicam in versic. nunquid. Vel etiam dicas, ꝙ si est
118 †eadem ratio & pœnitus omnimoda similitudo non proprie dicitur extensio, nec proprie dicimus statutum extendi, quia inest tacite, vt capitu. primo. de tempo. ordinan. in sexto in glo. quæ incip.

quid

cipit quid ergo: & hoc tenet Bald. l. omnes populi. in pen. col. ver. not. secundo. ff. de iusti. & iur. & de
119 isto articu. an & quando est † expressa ratio in lege, Statuto, vel alia dispositione dicatur et fieri possit extensio? vide Alberi. de Rosa. in suo opere Statutorum in prima parte q. viij. in ij. colum. & per glo. & docto. in l. i. de his qui ante aper. tab. & per Cyn. in iij. & iiij. opi. C. quæ sit long. cons. & Bald. & alios. l. non dubium. C. de legib. Bald. in authen. quas actio. C. de sacrosan. eccle. Ioan. de Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. & Paul. de Cast. in d. consil. xxxiij. & d. §. de viro & ibi etiam Anto. de Rosel. & Flo. in l. pen. ff. si quad. paup. fecis. di. & gl. & Canoni. in cle. i. in verbo eligatur. de elect. & habetur in cle. auditor. de rescrip. Ant. de But. in c. fi. extra de consuetu. & plene per Ioan. de Imol. & Dominic. in c. electio. de elect. lib. vi. & ego examinabo late infra in titu. vnde potest ellici extēsio, vbi tractabitur de ratione legis: & in tit. in quibus casibus non possit fieri extensio. in q. illa an in correctorijs possit extensio fieri. Quando autem
120 † vnica tantum ratio potest subesse, seu vna tantum potuit mouere testatorem, vel legis conditorē talis ratio habetur pro expressa, vt est glo. nota. in l. quamuis. C. de fideicom. & ibi Bald. & docto. & Bald. in l. quotiens. eod. titu. & l. maximum vitium ij. colum. versicu. sed ista ratio. Bar. mihi nō placet C. de lib. præt. allegat l. nominatim ibi dum dicit, si modo vnicus sit. ff. de lib. & posthu. & l. si optio. ff. de opt. leg. & Idem vult Paul. de Cast. d. §. de viro. facit qđ no. Bar. ī l. qui Romæ. §. duo fratres. vi.
121 colum. in fi. ff. de verbo. obli. Item nunquid † illud quod tacite inest dicatur expressum? & Bar. in l. prætor. §. i. ff. de no. oper. nuntia. tenet ꝙ sic per il-

122 lum tex.dicens † illud esse expressum, quod continetur mente legis. Sicut dicitur euidens quod con
123 tinetur † sub generalitate verborum, vt not. in l.fi. C.qđ cū eo.& idem vult Bar.in l.i.in prin.in.i. col. ff.vti possid.vbi dicit secūdum doct.moder.ꝙ vbi
124 cunque † vltra verba legis lex extenditur, ipsius legis habet locum auxilium directum.l.iij. in prin.ff. de legit.tutel. Sed quando non extenditur ex mente sed ex interpretatione Iurisconsultorum propter similitudinem rationis, tunc habet locum vtile l. vtilis.ff.si quad.paup.fecis.dica.& assignant ratio
125 nem, quia illud † quod est ex mente legis: est ipsa lex l.nominis & rei.§.verbū ex legibus. & ibi plene dixi,ff.de verbo.signi,& idem no. Cardi. Zab. c.si quando in fin.extra de recept. probatur. in l.cū mulier.in fi.& ibi not.ff.solu.matri.& l.scire oportet.§.sed & si maxime.ff.de excusa.tu,quæ iura pro
126 bant, ꝙ mens † legis nihil aliud est, ꝙ̃ anima legis,
127 quod etiam patet, quia mens † & ratio legis ab ipsa l.non differt.l.credendum circa princi.ff. qui pet. tuto.secundum Angel. d.l.prætor.§.i.& idem tenet Bar.l.curatoris.ij.colum,ff.de nego.gest. & l.iij.§. si parens.ff.de legit, tu. Bald.l.i.in viij. colum.ff. solu. matri.& Angel.d.l.prætor.§.i. qui dicit notabiliter ꝙ quicquid est ex mente necessario inclusa in verbis dicitur esse ex verbis, & sic tacite expressum, ita vt competat actio directa & non vtilis subsidiaria vt ibi,& d.§.verbum ex legibus. & l.si quis locuplex.ff.de manu.testa. Sed ubi hæc mens necessario non colligitur, sed coniecturatiue, quod est ubicunque uerba l.extendimus ad alium casum nō comprehensum in verbis, ille non venit ex verbis: nec dicitur expressum, et oritur actio vtilis: & idem vult etiam ipse Ang.l. sed sciendum.ff.ad l. Pomp.

de parici. Vbi etiam dicit singulariter ꝙ interpretatio extensiua proprie est, cum casus de quo quæritur non continetur in verbis nec in mente, sed solum propter identitatem rationis lex extẽdi potest ad casum, de quo quæritur allegat, no. in l. non dubiũ. C. de legib. & sic sentit, ꝙ si casus de quo quæritur non sit verbis expressus, si tamen continetur ex mente l. seu verborum, dicetur tacite expressus & comprehensus, nec tunc locum habebit proprie extensio, sed comprehensio, & hoc probatur d. l. sed sciendum. in fi. ibi, sententia tantum legis continentur, & si glo. ibi uideatur sentire cõtrarium, dum dicit ꝙ ex interpretatione continentur, sed saluando glo. intellige ipsam de interpretatione declaratiua, non extensiua, & idem vult Bal. l. de quibus. ff. de leg. & l. si quis seruo. C. de furt. vbi dicit, ꝙ constitutio etiam pœnalis † non dicitur extendi, quando extẽditur ex mente eiusdem constitutionis, allegat not. per Ioan. And. in c. si postquam de electione lib. vi. & idem vult etiam Bal. in consil. cxlviij. quod incipit. Quidam Ang. & l. quãmuis in prin. C. de fideicom. vbi dicit † ꝙ ubi est ratio & mens l. non est interpretatio extensiua, sed intellectiua, quia ratio & intellectus idem sunt. Et quod ratio † & mens & intellectus idem sint tenet Bald. in l. maximum vitium. iiij. colum. C. de lib. præt. alleg. Dyn. c. fina. de reg. iur. lib. vi. & idem vult Petr. de Anchara. in c. i. xxxij. col. extra de constit. Quibus adde, ꝙ illud qđ † colligitur ex mente in consequentiam dicitur quasi expressum, vt probatur d. l. non dubium. ibi, quasi expressa l. de quo dicam infra in titu. in quibus ca. fieri pos. extens. in illa q. an in consecutiuis fieri posſit. Item illud † quod fit ex consueta interpretatione dicitur liquere perinde ac si

128 129 130 131 132

per uerba expressa disponentis appareret, ut est gl. ualde notabilis in l.pen.ff. de leg.i.& ibi hoc nota. Bald.& Ioan.de Imol.similis glo.est in c.i.§.fin. in glo.magna in titu.quid sit inuestitura.& l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui notan.infa.& adde quod dicam infra in titu.quomodo & qual.fier. 133 pos.extens. Et aduerte quia† mens potest esse duplex,una intrinseca,quæ sub uerbis comprehenditur,& ubi subest ista mens appellatur interpretatio intrinseca,vt not.Bald.l.Gallus.§.etiam ff. de libe. & posthu.& Ant.de Ros. in l.si vero.§.de uiro vi. fallen.Idem quando subest mens sine qua dispositium non posset subsistere l. si ita stipulatus fuero per te.ff.de uerb.obli.ut not.idem Anto.de Rosel. d.§. de uiro.in ij. fallen. Alia est mens extrinseca, quam natura uerborum non est apta comprehendere,sed uenit ex tacita ratione ut dicit Bald.d.§.et. allegat not. in simili. per Cyn. in l. sciendum.ff.de uerbo.obli.& idem uult Anto.de Ros. d.§. de uiro. in vi.fallen.facit quod dixi supra circa princi. Sed 134 posset dubitari† quomodo cognoscetur ista mens legis,siue quãdo fiat ex mẽte & non ex interpretatione? Dicas quando ratio est assignata per l. quæ plura velle uidetur quam ipsa lex l. cũ pater.§.dulcissimis.ff.de leg. ij.& l.cum ratio.ff.de bon. dam. & not.Dyn.cap.fi.de reg.jur.in vi.& Bar.l. iij.§.fi. 135 ff.de legit.tu.qui dicũt,ꝙ mens† legis colligitur ex ratione legis allegãt l.i.& iij. eo.titu.& Saly.in l.fi. C.de legit.tu.& idem etiam tenet Pet.de Anch.c.i. de constitu.in xxxij.col.ver. circa tertium ubi dicit 136 mentem† legis colligi tribus modis,per quam recedit a propria significatione verborum, dic vt ibi per eum,& vt dicetur infra in titu. super quo fundetur extensio,ubi tractabitur de mente, & vide et-

Bald.in l.Gallus.§.nunc de lege Velleia. in fin.ff.de libe. & posthu.vbi declarat, quando dicatur quid
137 †procedere ex verbis & ex mente,dicens ꝙ quando aliqua dispositio est vniuersalis,quicquid includitur sub ea, includitur sub propria significatione verborum l.si seruitus.ff.de seruit.vrba.præd. Sed quando dispositio non esset vniuersalis sed particularis,tamen per rationem extenderetur, illa dicetur mens,vt not.Dyn.cap.fi.de regu.iur.in vi. facit qđ not.Anto.de Butr.cap.cum in tua.in prin.extra de decim.& Bald.in rub.C.de verbo.signifi. & qđ dicā infra versi.sed si extremum ad qđ. Quæ omnia perpetuo tene mēti, quia sex fundamenta materiæ nostræ extensionis,quibus adde quæ dicam in titu. vnde elici pos.extens.& titu.in quib.cas.non pos.fi. extens.in q.an in correctorijs fie. pos. extens. Septimo & vltimo dixi ad non expressum. Istud est
138 †secundum extremum ad quod fit extēsio, quod non debet esse expressum sed omissum,& supplepleri per extensionem, vt probatur in l.oratio ibi vel locuta est,coniuncto fi. ibi vt suppleatur quod orationi deest.ff.de sponsal.& in l. qui scfuandarū. ibi,supplet prætor.ff.de præscrip. verb. & ita vult Bal.in l.i.in vlti. colum.C.si rector.prouint.dicens
139 †ꝙ de principali ad antecedēs fit extensio per interpretationē extensiuam,cum verba deficiunt per d.l.oratio, quia interpretatio extensiua nihil aliud est,nisi vbi verba deficiūt sed non deficit ratio vt ibi patet,& idem tenet etiam Bal.l.si furiosi.C.de
140 nupt.qui dixit per illum tex. ꝙ Interpretatio†extensiua est vbicunque deficientibus uerbis trahitur legis effectus ad aliud per similitudinē rationis,& subdit ꝙ ille est ita bonus tex.sicut alius reperiatur, & propterea extensio appellatur Repletio,Supple

tio, adiectio, ampliatio: vt dixi supra super verbo Progressio, & idem tenet Ang. in l. sed sciendū. 141 ff. ad l. Pomp. de pari. q̄ dicit, ꝙ interpretatio† extensiua proprie est, cum casus de quo quæritur non continetur in verbis nec in mente vt supra dixi: & iste casus omissus debet esse in extremo ad quod fit extensio, vt patet ex prædictis, facit q̄d no. Bar. l. omnes populi. in viij. q. v. princi. ff. de iusti. & iure, & Bald. in l. ex placito. in vi. & vij. q. C. de re. permut. & l. verbum. C. de fideicom. & l. cum non solum in prin. C. de bon. quæ lib. Sed si extremū 142 ad quod esset expressum vel verbis vel in mente tunc diceretur potius significatio, quam interpretatio extensiua, quia significatio est quando non receditur a vero & proprio intellectu vocabuli, sed quando dilatatur seu extenditur, vel coartatur seu restringitur intellectus vocabuli: tunc ista non videtur significatio, sed interpretatio extensiua vel restrictiua vt l. non aliter. ff. de leg. iij. & l. scire oportet. §. sed si maxime. ff. de excu tuto. secundum Bal. qui ita not. in rub. C. de verbo. signifi. in prin. & per Ang. in l. i. ff. de tribu. & ego scripsi in rub. ff. de verbo. signi. iij. q. iiij. princi. facit q̄d dixi supra in versi. 143 sed posset dubitari in fin. An autem† illud quod continetur sub verbis secundum impropriam significationē dicatur expressum: quo ad materiam nostræ extensionis? & dicendū est ꝙ non nam illud 144 dicitur† expressum, quod sub verbis continetur secundum propriam verborum significationem: 145 Et ideo† cum appellatione liberorum comprehēdantur nepotes ex propria vocabuli significatione vt l. liberorum. ff. de verbo. signifi. & l. cognoscere. §. liberorum. eo. titu. & insti. qui. da. tu. pos. §. fi. sequitur ꝙ sub nomine liberorū dicatur esse expressum

146 nomen nepotum, & non est proprie † extensio de liberis ad nepotes, sed comprehensio, quia per se extenditur & non per interpretationem factam ab alio Et ita debet intelligi l.ij.§.quodcunque in fi. ff.de excus.tu.quia illa non est proprie extensio, & hoc est de mente Bart.d.l.liberorum in princi. in .i. oppo.& pro hac sententia vide glos.not. in clem.i. in verbo homines,& qđ ibi not.per doct.de elect.

147 Oportet ergo vt extēsio†proprie locum habeat, ꝙ extremum ad quod fit extensio non sit expressum,seu non comprēdatur sub extremo a quo secū dum impropriā eius significationem:sed ꝙ cōprehendatur secundum propriam , vel quod nec secundum propriam vel impropriam comprehendatur vt patet ex prædictis,& hoc sentit Bar. in l.si is qui pro emptore xxiij.col.in prin. ff.de vsucap. qui

148 dicit, ꝙ extendere est†interpretari ad fictum & improprium intellectum: Sed contra prædicta oppo.& videtur ꝙ ista nō sit bona diffinitio,quia

149 †de natura diffinitionis est, vt ea summātur quæ sunt eius rei, quam diffinire volumus, communia, & vsq; eo prosequi, dum propriū efficiatur quod in nullam aliam rem transferri possit, & hanc doctrinam ponit Tullius in Topicis suis, & idem volunt Philosophi, & dixi plene in rubri. ff.solu.ma. in repetitio. mea: Sed prædicta diffinitio licet ponat communia extensionis,tamen videtur conuenire alij rei ꝙ̃ extensioni , nam videtur etiam cō-

150 uenire Relationi,qa Relatio†potest dici progressio iusta,&c.vt l.talis scriptura.§.fi.cum l. seq.ff.de leg.i.& l.i.C.de lib.prær.et l.si idem cum eodem.§. fi.cum ibi not.ff.de iurisd.om.iudi.& c.secundo requiris in princi. & c.inquisitioni extra de appel. cū simi.ergo non videtur bona diffinitio.Solui potest

ista oppo. duobus modis, vno ꝙ relatio dicitur esse
151 †extensio seu per extensionem fieri, vt d. l. talis scri
ptura. §. fi. in fi. ibi extēdit. Gallus aequilius, nimirū
ergo si diffinitio extensionis ei conuenit: Vel se-
cundo modo potest dici, ꝙ relatio non fiat per ex-
tensionem, sed per comprehensionem, quia clausu-
152 la posita † in princi. vel medio, vel in fine quando
refertur ad omnia, ista relatio fit comprehensiue nō
extensiue, quia illa clausula cēsetur apposita in om
nibus partibus, ad quas refertur, vt probatur in d.
iuribus, & l. iij. §. filius in princi. & in §. ante haeredis
ff. de libe. & posthu. & d. cap. inquisitioni. in verbo
complectitur a contrario sensu, quia ibi loquitur
153 quando clausula ponitur in medio † diuersorum ne
gotiorum, quo casu non complectitur omnia, alias
secus vt ibi no. Et hoc modo intelligendo verbum
extendi positum d. l. talis scriptura stabit impro-
prie, & eadem dici possunt de repetitione, de qua
habetur per Bartol. l. praetor. §. i. ff. de vi. bono. rap.
& l. ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verbo. oblig.
et l. in repetēdis. ff. de leg. iij. & l. Seiae. §. Gaio Seio.
ff. de fundo. instru. & l. licet Imperator de leg. i. Iterū
contra praedicta oppo. & videtur qđ dicta diffini-
tio extensionis in genere fieri nō posit, quia quod
154 † non est diffiniri non potest, vt not. Bal. in rub.
C. qui. admit. in i. q. & potest esse ratio, quia super
155 non † ente nō potest cadere dispositio, vt per Car-
di. Zaba. in clemen. literas versic. venio ad tertium
de rescript. & Bal. in l. precibus. x. colum. versic. de-
inde oppo. C. de impub. & ali. sub. Sed extensio
156 † in genere non videtur reperiri, sed solum in spe-
cie, vt dicam in titu. seq ergo videtur qđ in genere
diffiniri non posit. Solutio, dic ꝙ diffiniri potest,
157 sicut diffinitur animal † in genere, & tamen non re

peritur sed potest considerari. Vltimo oppo. ꝙ dicta diffinitio non sit bona, quia aliter diffiniri vr per Pet.& Cy.in l.iura non in singulas.ff. de legib. & Bal.l.de quibus.eo.titu.& Paul.de Cast.in con-
158 sil.cccxxxiij.vbi sic diffinire videtur, extensio † est quædã progressio de termino ad terminũ per adæ quationem seu paritatem, Et aliter videtur diffini- re Bar.in l.si is qui pro emptore.xiij.col. in prin.ff. de vsucap.vt dixi supra in versi. an autem illud.in fi.Et alio modo videtur diffiniri per Bald. in l.j.C. si rector.prouint.& l.si furiosi.C.de nupt. Et aliter per Angel.in l.sed sciendum.ff.ad l.Pompo.de pari. vt de omnibus istis dixi supra versi.viij.& vltimo & habetur etiam per Ang.in l.item veniũt.§.aptã- da.ff.de peti.hære. Sed ad ista potest responderi, ꝙ non sunt proprie diffinitiones, sed potius descriptio
159 nes cum diffinitio † rei essentiam, descriptio intelli- gentiam claudat vt dicit Bal.in rub.C.qui admit. & l.cum quis.in v.col.C.de iur.& fac. igno. Nam prædicta non describunt essentialia extensionis, sed solum intelligentiam eius ut patet ex his quæ dicta sunt super diffinitione mea.

SVMMARIVM.

1 *Extensio interpretatiua duplex actiua scilicet & pas- siua.*
2 *Extensio actiua, quæ sit.*
3 *Extensionis actiuæ exemplum.*
4 *Extensio paßiua quæ dicatur.*
5 *Extensionis paßiuæ exemplum.*
6 *Aliud exemplum extensionis paßiuæ.*

7 *Extensionis tam actiuæ, quam paßiuæ quæ sit natura?*
8 *Extensio interpretatiua in genere an reperiatur?*
9 *Actio reperitur in genere.*
10 *Poßeßio in genere.*
11 *Petitio hæreditatis in genere.*
12 *Vltimarum uoluntatum diuersæ species.*
13 *Vltima uoluntas in genere.*
14 *Excommunicatio in genere.*
15 *Seruitus inter uirum & uxorem in genere.*
16 *Bonorum poßeßio in genere secundum aliquos.*
17 *Bonorum poßeßio secundum ueritatem non reperitur in genere.*
18 *Actio secundum Petrũ & Vltramontanos auctore Cyno non reperitur in genere.*
19 *Actio cum non oriatur nisi ex aliqua materia, impoßibile est, q̃ ex speciali materia oriatur actio in genere.*
20 *Homo non reperitur in genere, sed in intellectu.*
21 *Genus sicut quædam regula diffinitur, sicut animal prout est genus diffinitur.*
22 *Nullum animal quod sit ens naturale inuenitur extra species, sed est quoddam abstractum & prædicabile in intellectu.*
23 *Distinctio pro concordia opinionem an reperiatur extensio interpretatiua in genere.*
24 *Generis de natura est ut sub se comprehendat, quaslibet eius species.*

QVOTVPLEX SIT EXTENSIO INTERPRETATIVA RVBRI.

1 DVPLEX reperit extensio† interpretatiua, vna est Actiua, alia Passiua, vt no. Bar. in l. omnes populi. in iiij. q. vi. q. prin. ff. de iusti. & iur. & ibi Bald. in xiiij. colum. versi. Item vero ꝙ illud ius quod trahit, & in xvi. colum. versic. sed quæ est interpretatio actiua. & Bar. in l. i. §. hære. falcidia. ff. ad l. fal. & in l. i. ff. de mun. & ho vbi elegãter loquitur, & l. siquis seruo in fi. & ibi etiã per alios doct. C. de furt. & in consi. suo. ccclxviij. quod incip. visa quadam constitutione Episcopi Florentini. in ij. colum. & Angel. in l. Gallus. §. & quid si tantum in princi. ij. colum. ff. de lib. & posthu. & per Anto. de Butr. c. fi. §. iij. restat in antepe colum. ver. nunquid autem liceat extendere extra de consuetud. & Petr. de Anch. in repetitio. c. canonum statuta in clxviij. colum. in fin. cum seq. extra de constitu. Exten-

2 sio† actiua dicitur, quando dispositio in casu expresso extenditur ad casus in dispositione non expressos secundum Bar. & alios doct. in locis præalleg. & probatur ex his quæ dixi in titu. præced. in pen. & vltimo verbo diffinitionis extensionis in gene-

3 re. Et pone exemplum. Statutum dicit, siquis occiderit. Si trahimus statutum ad mandantem dicitur interpretatio seu extensio actiua, quia Statutum informat similem casum, & sic dat formam, & omne quod dat dicitur agens secundum Bald. d. l. omnes populi xvi. col. versi. sed quæ est Interpreta-

4 tio actiua. Passiua† non extensio dicitur ponen-

do exemplum in statutis. nam quando leges se extendunt ad Statuta, tunc dicuntur Statuta recipere interpretationē seu extensionem passiuam, quia patiuntur Statuta, dispositionem legum loquentum de materia statutorum, quia omnia iura & regulæ ipsorum extenduntur ad statuta. Et pone exemplū

5 in spetie. Statutum dicit† ꝙ filiusfamilias possit facere testamentum, certe lex se extendit ad istud statutum, ꝙ faciat legitime & secundum leges iuxta l. hac consultissima in prin. C. de testa. & ꝙ ex ea adeatur hæreditas iuxta not. in l. eam quam. C. de fideicom. & falcidia detrahatur, & ꝙ omnes leges testamentariæ in eo locum habeāt l. i. §. ij. ff. ad l. falci. Pone aliud exemplum. si Statutum iniungit

6 †aliquid officium. lex se extēdit ad illud vt dicatur munus personale vel patrimoniale secundū distinctio. l. i. ff. de muni. & ho. secundum Bart. ibi & in d. suo consi. vbi ponit etiam alia exempla, & vide etiā in alijs locis supra allegatis. Et circa vtrancꝙ

7 extensionem conclude, ꝙ natura extensionis† actiuæ est influere alteri. Natura vero passiuæ est suscipere, & ab alio iure informari, vt pulchre dixit Bal. d. l. omnes populi. xiiij. col. ver. Item quero ꝙ illud ius. ff. de iusti. & iure. & idem etiam dicit Petr. de Ancha. in d. c. Canonum statuta in clxxviij. colum. in fi. versi. Vlterius etiam aduertendum est. Sed

8 nunquid reperiatur† extensio interpretatiua in genere? & videtur ꝙ sic, quia si diffiniri potest, vt dixi in titu. præced. ergo reperitur, quia quod non est nō videtur posse diffiniri, vt ibi dictum est, & pro ista

9 opi. facit, quia actio† reperitur in genere, vt videtur sentire glo. in l. si seruus cōmunis Mæuij & Castrensis peculij. § . fi. ff. de stipul. seruo, & ibi hoc tenet Bart. cum quo transit sit Angel. & Idem vult

glo.clarius quam alibi. in l.iij.§.genera.ff. de acqui. pos. & ibi ponitur per doct. & idem sentit glo. in l. sed & si quis.§. qui operas.ff.de vsuf. & l. iij.§.hæc actio.ff.de neg.gest. & idem tenet Bar.in l.siue pro fratre per glo.ibi.C.de nego.gest. & idem tenet ibi Raph.qui dicit hanc esse communem opi. Itē quia
10 † possessio reperitur in genere, vt est tex.cum glo.et
11 ibi doct.d.l.iij.§.fi.ff.de acqui.pos. Item quia † petitio hæreditatis etiam reperitur in genere, vt dicit glo.in l.i.ff.de bono.pos.hære. petitio. & ibi doct. & est glo. & Bar.in l.i.in princi.ff.si pars.hære.peta.
12 Item quia † licet sint diuersæ speties vltimarum voluntatum, vt est glos.notab. in authen. de hære. & falci.§.fi.& ponit Bal.in l. conficiuntur.§.fi.ff. de iu
13 re codicil. Tamen reperitur † etiam vltima volūtas in genere, vt est glo.notab.in l. licet inter priuatos.
14 C. de pact. Item quia † reperitur excommunicatio in genere, vt est glos. in c.significauit de senten.ex-
15 com. Item quia † reperitur seruitus inter virum & vxorem in genere, vt probatur xxxij.q.v.c.præcepit Dominus & ibi glo.quæ dicit ꝙ reperiūtur etiā duæ in spetie vt in c.quidā extra de conuers.cōiug.
16 Item † quia secundum aliquos bonorum possessio reperitur in genere, vt not.in rub. C. qui admit. ad
17 bono. pos. In contrarium facit quia † secundum veritatem Bonorum possessio non reperitur in genere vt in l.i.ff.si tab.testa.nul.ex. & in l.i.quis ordo in bo.pos.seruet, vbi omnes bonorū possessiones numerantur in spetie, & nulla ponitur in genere vt dicit Bald.in rub.& ibi plenissime dixi. Item
18 quia † secundum Petr.& Vltramōtanos non reperitur Actio in genere vt refert Cyn.l.ij.C.de dolo. & doct.in l.siue pro fratre.C.de neg. gest.quos ibi
19 sequitur Bald.pro hanc rationem, nam † cum actio

non oriatur nisi ex aliqua materia, impossibile est est ꝙ ex speciali materia oriat̃ actio in genere, idest 20 abstracta ab omni spetie, sicut homo † in genere non reperitur, sed in intellectu, Et ꝙ actio in gene re non reperiatur, probatur, quia non connumera tur in arbore actionum Ioan. & ista pars videtur esse verior, Nec obstat dum dixi, ꝙ si nõ reperitur extensio in genere, ergo non potuit in genere diffi- 21 niri, sicut diffinita est in titu. præced. quia genus † si- cut quædam regula diffinitur, sicut animal prout est 22 genus diffinitur, & tamen nullum † animal, quod sit ens naturale inuenitur extra suas species, sed est quoddam abstractum, & prædicabile in intellectu vt dixi etiam in titu. præcedenti circa fin. Posset 23 tamen concordando † prædicta sic distingui; Aut quæritur nunquid reperiatur aliqua extensio inter- pretatiua in genere diuersa ab alijs extensionibus actiua scilicet & passiua, ita ut spetialiter possit in aliquo casu reperiri extensio in genere, quæ non cõ ueniat extensioni speciali actiuæ vel passiuæ; & te neo ꝙ nõ, per iura vltimo loco allegata: Aut quæ ritur an reperiatur extensio in genere, sub qua com prehendantur aliæ extẽsiones speciales, & dicendũ 24 est ꝙ sic, quia de natura † generis est, vt sub se com prehendatur quãlibet eius speciem, vt no. l. ij si cer. pet. & ita possunt procedere exẽpla primo loco alle gata: & eandem distin. feci in bonorũ possessione. in rubri. C. qui admit. ubi latissime examinaui, & hoc anno publice disputando substinui.

SVMMARIVM.

1 *Extensionis actiuæ diffinitio.*
2 *Extremum ad quod fit extensio actiua debet esse diuer-*

sum ab extremo a quo fit extensio.

3 *Extensio non potest fieri ad extremum ad quod nõ expressum contrarium, extremo a quo expresso.*

4 *Extensionis actiuæ est supplere id quod est ommissum & non expressum, non autem ei contradicere.*

5 *Extensio actiua proprie non diceretur si diuersum esset intrinsece expressum, aut comprehensum.*

QVAE SIT EXTENSIO ACTIVA RVBRI.

1 EXTENSIO actiua† est progressio iusta de dispositiuo expresso ad diuersum intrinsece non expressum. Ista diffinitio vsque ad verbum ad diuersum, conuenit in omnibus diffinitioni in genere sumptæ, de qua dixi supra in primo titu. Ideo ea quæ ibi dicta sunt huic etiam diffinitioni conueniũt, sufficit ergo declarare quare dixi ad diuersum, intrinsece non expressum. Et primo ideo dixi ad

2 diuersum, quia † extremum ad quod fit extensio actiua debet esse diuersum ab extremo, a quo fit extensio, ut probatur l. oratio. ff. de sponsal. & l. qui actionum. ff. de præs. verb. & in omnibus legibus allegatis supra titu. primo in princi. Et istud diuersum potest esse non solum in substantia, sed in quãtitate & qualitate, & in aliĳs de quibus dicetur infra titu. in quibus casibus fie. pos. extens. vt probatur in l. scripturæ diuersæ cum iuncta glos. C. de fid. instru. & l. fin. C. de constitu. pecun. & l. si idem C. de codicil. & l. i. ff. de iur. aureo. anul. & l. diuerso ff. quor. lega. & in l. doli. §. diuersum. ff. de nouat.

& c.cum ſint homines extra de decim.& c.ad apoſtolicæ circa fi.eo.tit.& c.cum apoſtolica poſt medium:de his quæ fiunt a prala.ſine conſenſ.capi. Et intellige diuerſum eſſe extremum ad quod, ab extremo a quo,non autem aduerſum ideſt contrariū, ſicut dicitur d.c.cum apoſtolica,& no. glo.in verbo diuerſe d.c.cum ſint homines, & Archid.c. cum ſit iudex,in verbo nequiuit.de offi.leg. in vi. quia

3 †extenſio non poteſt fieri ad extremum ad quod non expreſſum, cōtrarium extremo a quo expreſſo per l.vbi repugnantia de reg.iur.& l.1.C. de furt.

4 cum ſimi. Ac etiā quia de† natura extēſionis actiuæ eſt ſupplere id quod eſt omiſſum & nō expreſſum,non autem ei contradicere vt d.l.oratio,& d. qui actionū,& c. cum a te extra de celebra. miſ.& dictum fuit ſupra in primo titu.verſi.vij.& vltimo dixi. Dixi etiam in hac diffinitione intrinſece non

5 expreſſum, quia ſi eſſet † intrinſece expreſſum ſeu comprehenſum,non diceretur proprie extēſio actiua,vt probatur l.in his.ff.de condi.& demon. & l. conditiones quæ extrinſecus eo. titu. & dixi ſupra in prima diffinitione ſuper uerbo expreſſo. Item ideo dixi intrinſece non expreſſum, ut differat a prima diffinitione generali,quæ nō ſolū comprehēdit iſtā extenſionē ſpecialē actiuam , ſed etiā paſsiuā, dum ſimpliciter in fine eius dicitur,ad non expreſſum,ac ēt ut differat a diffinitione extenſionis paſſiuæ,quæ fit ad id,quod eſt intrinſece expreſſum,vt dicam in titu.ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Extenſionis paſsiuæ diffinitio.*

2 *Extremum ad quod fit extēſio quomodo recipiat formā.*

Pactum

3 *Pactum incontinenti appositũ quomodo formã recipiat.*
4 *Extensionis paßiuæ natura quæ sit.*
5 *Ius quod trahit aliud ad se dicitur recipere interpretationem paßiuam si ab illo informetur.*
6 *Extensio paßiua quare sic appellata: & differentia inter actiuam & paßiuam.*
7 *Forma substantialis quæ sit.*
8 *Illud dicitur esse de substantia rei, qua cessante res esse non potest.*
9 *Forma substãtialis scd̃m Aristotilẽ et Auerroem quæ sit.*
10 *Extensionis paßiuæ exemplum.*
11 *Testamenti factionem quæ personæ non habeant uide remißiue.*
12 *Forma accidentalis quæ sit.*
13 *Forma accidentalis nõ dat substantiam rei, quæ iam est, sed postea requiritur ad confirmationem rei in esse productæ, uel ad utilitatem consequendam.*
14 *Testamenti aperturam requirit lex.*
15 *Forma materialis in extensione paßiua.*
16 *Notarij iurant scribere instrumenta publica & testamenta in membranis.*
17 *Differentia diffinitionis extensionis actiuæ, & paßiuæ.*

DE EXTENSIONE PASSIVA RVB.

1 PASSIVA. Extensio est † progresſio iusta de dispositiuo expresſo ad eius forma extrinsece non expresſam. Ista diffinitio extrinsece nõ expresſam, conuenit diffinitioni extensionis generalis

& actiuæ:vsque ad illa verba,ad eius formã &c.
2 Quæ verba ideo posita sunt, quia† extremum ad quod fit extẽsio informatur.i.recipit formam, quæ est ipsius dispositiui simplicis expressi, sicut Sachus recipit formam:quando impletur frumento, vt dicit glo.in l.iurisg ntium.§.quinimmo in glo.i. ma-
3 gna in princi.ff.de pact. & sicut†pactum in continenti appositum formam recipit, vt ibi not. Et
4 ideo†natura extensionis passiuæ est suscipere, &
5 ab alio iure formari q̃a illud ius †quod trahit aliud ad se, dicitur recipere interpretationẽ passiuam: si ab illo imformetur, vt dicit Bald.l.omnes populi. in xiiij.colum.versi.Item not.ꝙ illud ius.ff.de iusti.
6 & iur. Et appellatur † ista extensio non ex eo ꝙ dispositiuum expressum extendatur ad aliud non expressum, sicuti fit in extensione actiua, sed ex eo ꝙ aliæ leges, vel alia iura quæ loquũtur de forma dispositiui expressi, extenduntur ad illud dispositiuum expressum, & ideo hæc extẽsio dicitur passiua, quia suscipit & patitur formam aliorum iuriũ de forma dispositiui loquentium, exempla posui supra titu.ij.ver.passiua vero extensio. Sed quia dixi ad eius formam quæro de qua forma intelligatur?
7 Dic de forma†substantiali quæ est illa, qua posita actus ponitur, & qua deposita actus deficit vt dicit Anto.de But. cap. tua nos per illum tex.in vltimo notabili extra de sponsali. & idem vult Bar.in l.prolatam in fi.i.colum.C.de senten. & in-
8 terlo.om.iud. Vbi dicit†illud esse de substantia rei qua cessante res esse non potest l. pacta conuenta. ff.de contrahen.emptio.& ibi hoc etiam not. per
9 doct. Et dicitur†illa forma substantialis. quæ tendit ad esse rei, & aduenit rei existenti in potentia, vt dicit Bal. secundum Aristotelem & Aueroem

in l.vniuersa.ij. colum.C.de precib.Impe.of. & in l.ij.C.quando prouoca.nõ est neces. facit l. qui Rome.§. Flauius.ff.de verbo.obliga. & ad hoc vide omnino.Bald.in l.ad exactionem in fi.C.de dotis, promis.& ista forma substantialis dicitur vniformis,vt not. Bar.in l.sciendum in princi.iiij. contrario.ff.de verbo.obli.secundum Cyn.in l.i.C. de cõtrahen.& commit.stipu.Et potest poni exemplum

10 in Statuto † disponente testamentum fieri posse coram duobus testibus.Nam recipit extensionẽ passiuam,vt suscipiat formam substantialem testamẽti a iure cõmuni traditam, videlicet vt sint masculi puberes,liberi,vno contextu,& reliqua huiusmodi de quibus in l.hac consultissima in princi. cũ ibi not.C.de testa. & in toto titu. insti. quib. non licet fa.testa.cum simi.Item ꝙ sint personæ,quæ possint facere testamentum , quia de illis Statutum intelli-

11 gitur, quæ autem sint † illæ personæ quæ nõ possint facere testamentũ habetur per glo.ordi. insti.quib. non lic.fa.testa.in.§.fi.& l. si queramus.ff. de testa. & plene Bal.l.i.C.de sacrosan.eccle. & plenissime per Petr.de Ancha. & Ioan.de Imol. & Moder-

12 nos c.ij. extra de testa. Item intelligi † potest de forma accidentali;quæ est quædam obseruantia super-

13 ueniens post actum, & ista non † dat substantiam rei,quæ iam est,sed postea requiritur ad confirmationẽ rei in esse productæ, vel ad vtilitatem consequendam,vt per Bald. & docto. d.l. vniuersa. & Bald.l.ij.C.quando prouo. non est neces. Vnde si

14 lex † requirit aperturam testamenti iuxta l.publicatis cum ibi not.D.de testa.& l.ij.& totum titu.ff.et C.quemad.testa.aper.Et Statutum dicat, ꝙ testamentum factum coram duobus testibus valeat,tale Statutum recipit istam interpretationẽ passiuam

vt informetur a legibus, quæ loquũtur de forma & aperitione testamenti, & sic de forma accidẽtali. Po
15 test etiã intelligi de forma† materiali, vt no. Cyn. in l. i. C. de contrahen. & commit. stipu. & Bar. l. scien dum. ff. de verbo. ob. Exemplum potest poni stante dicto Statuto, recipit enim illud Statutum interpretationẽ seu extensionem pasſiuam, quia recipit formam materialem quæ in testamento adhibetur puta vt posſit scribi manu testatoris vel notarij, vt authen. q̃ sine subscriptione. C. de testa. & potest scribi testamentum in tabula lignea siue cuiuscũq; alterius materiæ, siue chartæ siue membrane sint, vel in corio alicuius animalis, vt l. i. in princi. ff. de
16 bono. pos. secundum tabul. Notarij †tamen quando creantẽ iurant scribere instrumẽta publica & testamenta non in papyro, sed in chartis membranis non abrasis. Vltimo dixi in hac diffinitione in fin. intrinsece non expressam, quia ista forma quã recipit dispositiuum expressum, non est extrinsece expressum, licet intrinsece posſit dici comprehen sum argu. l. in his. & l. conditiones quæ extrinsecus.
17 ff. de conditio. & demon. & in hoc† differt a diffini tione extensionis actiuæ, quia extremum ad quod fit extensio non est in ea comprehensum intrinsece vel extrinsece, vt dixi in titu. præced. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Extensio interpretatiua introducta fuit iure naturali secundario.*

2 *Extensio interpretatiua tam actiua quam pasſiua fundatur super ratione & æquitate.*

3 *Poſſeßio iure gentium fuit introducta.*

4 Extenſio q̃ una appelletur actiua, alteraue ro paßiua, a quo iure procedat?

5 *Ius naturale uel gentium licet inueneŕit materiã extenſionis, non tamen inuenit formas aut diffinitiones.*

6 Extenſionis formæ originem habuerunt a fundamento iuris ciuilis.

7 Matrimonium licet ſit origine de iure diuino ſeu naturali, tamen reſpectu formæ poteſt dici de iure gentium uel ciuili, uel etiam canonico.

8 Extenſio poteſt introduci a iure municipali.

9 Extenſio poſſet introduci a iure cõſuetudinario ex quadam conſueta interpretatione.

10 Extenſio ex quo reſpectu originis dicitur introducta de iure naturali ſeu gentiũ, nulla cõſtitutione põt ꝓhiberi.

11 Impoßibile ſtare non poteſt.

12 Extenſioni in parte derogari poteſt.

13 Vna materia præſtat nobis materiam interpretandi.

14 Impoßibile eſt quòd lex, uel ſtatutum ita aſſumat uerba gloſſata, ut amplius non gloſſetur.

15 Fori diſputatio ubicũque eſt neceſſaria culpa legis eſt ſi loquitur ita clare, ut non indigeat gloſſa.

QVO IVRE FVERIT INVENTA EXTENSIO RVB.

1 IVRE naturali ideſt, gentium †poteſt dici extẽſionem interpretatiuam fuiſſe introductam argu. l. ij. §. his legibus. ff. de orig. iur. vbi dicitur legibus latis naturaliter euenire ſolet, vt interpreta-

tio desideraret prudentum auctoritatē, necessariāq; fori disputationē, & per illum tex. dicit ibi Bald. ꝙ interpretatio necessaria est de iure naturali. i. gentiū quodammodo, quod est ius naturale secundarium, vt §. singulorum. insti. de re. diuis. Non autem intelligas de iure naturali primæuo: quia illud est commune omnibus animalibus etiam sensu carētibus. insti. de iure natu. gent. & ciuil. in princi. & i. distin. ius naturale, & habetur per Tullium lib. i. Officiorum circa prin. Et ista extensio† interpretatiua tā actiua quam passiua fundat̄ super ratione & æquitate, vt dicetur in titu. seq. ergo non conuenit omnibus animantibus, vt dicit in simili Bar. de fictione in l. si is qui pro emptore. in i. qō. princi. versicu. Sed circa hoc dubitatur. ff. de vsucap. pro emptio. & similiter dicitur† possessionem fuisse introductā de iure genti. vt not. Bar. l. i. in princ. ff. de acqui. pos. Ex hac ratione quia extēsio fundata super æquitate, sequitur ꝙ extensio est de iure naturali: sicut est ipsa æquitas vt. §. per traditio. Insti. de re. diuis. Sed ista distinctio† quæ est, vt vna appelletur extensio actiua alia passiua, & dictæ diffinitiones per me supra traditæ procedunt potius a iure ciuili: quam gētium, quia ius† naturale vel gentium licet inuenerit materiam extensionis seu interpretationis d. §. his legibus latis: tamen non inuenit formas aut diffinitiones præd. sed originem† habuerunt a fundamēto iuris ciuilis, vt patet ex his, quæ dicta sunt in titulis præced. & pro hoc facit quod dicit Bartol. de fictione d. l. si is qui pro emptore. & de possessione vt dicit in d. l. i. & quod dicitur de matrimonio. insti. de iure naturali. in princi. vbi dicit̄ ꝙ matrimonium† licet sit origine de iure diuino seu naturali, tamen respectu formæ potest dici de iure gētium, vel

2 3 4 5 6 7

8 ciui. vel etiam canonico vt ibi not. Possettetiam extēsio introduci a iure municipali, quod traderet, certam formam extensionis faciendæ eadem ratione, vt dicam, infra titu. quis pos. extens. facere. Itē
9 †posset etiam introduci a iure consuetudinario ex quadam consueta interpretatione, vt est glo. notabilis in l. pen. in verbo voluntas & ibi docto. ff. de leg. i. facit glo. c. i. §. fin. titu. quid sit inuestitu. & glo. valde notāda in l. quid ergo. §. pœna grauior & ibi doct. ff. de his qui notan. infa. & dicam in titu. quomodo & quando pos. fie. extens. & dixi supra titu. i. versi. quibus adde quod colligitur. Et huius in-
10 uestigationis effectus est, quia ex quo† respectu originis dicitur extensio introducta de iure naturali seu gentium, nulla constitutione potest prohiberi, quia hoc est impossibile secundum Bal. d. l. ij. §. his legibus, & pro hoc facit insti. de iure naturali. §. sed
11 naturalia, & impossibile† stare non potest l. impossibilium. ff. de regu. iur. & l. impossibilis. ff. de ver-
12 bo. oblig. licet in parte† possit ei derogari, vt nota. dicto. §. sed naturalia, Et vide quæ dicam infra in titu. quæ habeant imped. extens. Et intellige vt dixi de interpretatione naturali, quia secundum Bal. in l. omnes populi in fin. ff. de iusti. & iur. quia vna
13 †materia præstat nobis materiam interpretandi, vt in cle. exiuit de paradiso. ff. de verbo. signifi. & im-
14 possibile† est, q lex vel Statutum ita assumat verba glossata vt amplius nō glossetur: quia ista est gl.
15 naturalis, & vbicunque† est necessaria disputatio fori est in culpa lex: si loquitur ita clare, vt nō indigeat glo. & vide quæ dicam infra in titu. sequē. probatur d. l. ij. §. ex his. ff. de orig. iur.

SVMMARIVM.

1 *Extensionis actiuæ & paßiuæ introducendæ causa fuit necessitas.*
2 *Lex uel aliqua dispositio quam primum facta est naturaliter requiritur prudentum interpretatio.*
3 *Plura sunt negocia quam uocabula.*
4 *Extensio fundatur in primis super æquitate.*
5 *Statuta extensionem interpretatiuam recipientia debent fundari in æquitate.*
6 *Aequitas est fundamentum interpretandi leges et pacta.*
7 *Statuta & rescripta secundũ æquitatem interpretãtur.*
8 *Interpretatio debet esse bona & æqua.*
9 *Ineptum est regulam non fallere, si æquitas uideatur.*
10 *Extensio non fit quando lex est rigorosa, non æqua, & non fundata ratione.*
11 *Origo iustitiæ in religione, Ratio in æquitate consistit.*
12 *Fictio fundatur super æquitate.*
13 *Aequitas quæ sit & qui rigor iuris?*
14 *Aequitas in specie quid sit?*
15 *Aequitas in genere quid sit?*
16 *Aequum est iudicium ecclesiæ claue non errante.*
17 *Aequitas est rerum conuenientia quæ in paribus paria iura desiderat, & omnia bene æquiparat.*
18 *Aequitas est motus rationabilis regens misericordia rigorem.*
19 *Rigor est mansuetudine temperandus.*
20 *Aequitatem præ oculis iudex semper habere debet.*
21 *Aequitas dicitur iustitia dulcore misericordiæ tẽperata*

22 Rigor quid ſit?

23 Aequitas duplex eſt una naturalis, altera uero ciuilis.

24 Aequitas non ſcripta quæ ſit?

25 Aequitas ſcripta quæ ſit?

26 Aequitas quot modis capiatur?

27 Aequitas illa dicitur quæ ſemper una & eadem permanet.

28 Aequitas debet potius inſpicere ſenſum, quam uerba.

29 Senſus iurium ſiue ſcripturarum tribus modis accipi poteſt, & quibus?

30 Lex quantuncunque pœnalis dicitur æqua cum pro utilitate publica facta eſt.

31 Aequum an omne bonum ſit.

32 Vbi duo iniqua repugnant unum eſt eligendum.

33 Iura ſuccedendi ſunt introducta ex bono & æquo.

34 Statutum ciuitatis an dicatur odioſum ſi per illud ſucceßio introducatur ex bono, ſed non æquo, ut quãdo per ipſum maſculus excludat fœminam?

35 Odioſum dicitur quicquid eſt contra iuſtitiã æquitatis.

36 Debemus inſpicere quod principaliter fit.

37 Aequitas ſuper qua fundatur extenſio quæ ſit?

38 Aequitas quando eſt ſcripta in corpore iuris, & nõ loquitur particulariter, tunc ſeruit etiam in alio caſu, in quo æquitas reperitur.

39 Abſurdum eſt euitandum.

40 Aequitas una quando eſt in genere quo ad omnes tunc licet ſit expreſſa in quibuſdam caſibus, tamen extenditur ad alios caſus, in quibus ſubſit eadem æquitas.

41 Abſurditas ſemp̃ excluditur ẽt ſi uerbis nõ exprimatur.

42 *Aequitas quæ sit præferenda an ciuilis, an naturalis?*

43 *Aequitas an & quando sit præferenda Rigori, & quã-do secundum æquitatem sit iudicandum.*

44 *Aequitas si sit tanquam species & rigor tanquã genus æquitas præfertur rigori.*

45 *Vrbanum minus est quam æquum.*

46 *Rigor iuris quando scriptus est in specie, & æquitas in genere præfertur rigor ipsi æquitati.*

47 *Rigor iustitiæ uincit æquitatem naturalem in genere.*

48 *Rigor usucapionis uel præscriptionis scriptus in specie præfertur æquitati scriptæ in genere.*

49 *Quoddam est ius bonum & æquum: quoddam bonum & non æquum, uel econuerso.*

50 *Rigorem scriptum in specie præferri æquitati in genere dupliciter limitatur.*

51 *Aequitati in dubio statur.*

52 *Exceptio de rigore obstat in l.ij.C.de iudi.sed de æquitate datur replicatio.*

53 *Aequitas & rigor quando se habent ut duæ species, magis specialis derogat minus speciali.*

54 *Species illa quæ est specialior derogat alteri pari ratione qua indiuidua derogant speciei.*

55 *Species specialior quæ dicatur.*

56 *Aequitas quando non est scripta neque rigor scriptus potius sequenda æquitas quam rigor.*

57 *Aequitas naturalis sufficit.*

58 *Aequitas licet scripta non sit ex solo tamen dictamine rationis debet seruari.*

59 *Aequitas quando est scripta & rigor non scriptus æqui*

tas præfertur rigori.

60 *Scriptum præfertur regulariter non ſcripto.*

61 *Aequitas ſcutum inexpugnabile.*

62 *Rigor iuris quando eſt ſcriptus, & æquitas non ſcripta, regulariter præfertur rigor.*

63 *Aequitas eo ſolo caſu iuris rigori præfertur in quo ſcripta reperitur, in alijs non.*

64 *Aequitas non ſcripta dicitur a iure reprobata quando rigor eſt ſcriptus.*

65 *Aequitatem diſcernere pertinet ad ſolum principem.*

66 *Non debemus ex capite noſtro propter æquitatem, quã ſubeſſe putamus, a iure ſcripto recedere.*

67 *Intellectus legis ſi eſt dubius & poſſunt dari plures intellectus, debemus ſequi æquiorem & benigniorem.*

68 *Plerunque ſub auctoritate iuris pernicioſe erratur.*

69 *Noli eſſe nimis iuſtus.*

70 *Venetiarum Ciuitas an ſequatur rigorem iuris ciuilis ſcriptum, uel æquitatem non ſcriptam, & quomodo?*

71 *Iudex appellationis in ſententiando tenetur ſeruare illud ius, quod tenebatur ſeruare iudex cauſæ principalis.*

72 *Appellatio imitatur naturam cauſæ principalis.*

73 *Princeps in cauſa appellationis tenetur ſeruare ſtatuta ciuitatis, in qua fuit lata prima ſententia.*

74 *Veneti, ac eorum princeps tenentur ſeruare iura & ſtatuta primi iudicis in decidẽdo prout eſt in proceſſu appellationis.*

75 *Iudex appellationis tenetur iudicare ſecundum conſuetudinem partium, ſiue loci iudicis a quo.*

76 Rigorem scriptum præferri æquitati non scriptæ tripliciter limitatur.

77 Iudex in arbitrarijs ex causa potest præferre æquitatē non scriptam legi & rigori scripto.

78 Iudex in arbitrarijs non tenetur sequi rigorem iuris scriptum.

79 Ius canonicum in his quæ sunt fori pœnitentialis amplectitur æquitatem contra rigorem iuris, secus in his quæ sunt fori contentiosi, quando non detegitur euidēs peccatum.

80 Quæstio si sit inter fratres de hæreditate paterna æquitas potius esset sequenda quàm rigor iuris.

81 Aequitas quomodo et quādo sit fundamentū extēsionis.

82 Aequitas licet regulariter extendat legalem dispositionem, tamen legem trahere raro non est æquum.

83 Extensionis secundum principale fundamentū est quod fundatur super ratione naturali.

84 Lex ambigua interpretatur secundum moderamen iuris seu rationis naturalis.

85 Legis intellectus quotiens est dubius ad naturalem rationem recurrendum est.

86 Ratio naturalis est potissima in qualibet statutorum interpretatione.

87 Ratio naturalis est quædam lex.

88 Verba & intentio seu ratio se habent prout corpus & anima, nam sicut anima dominatur corpori, ita ratio legis dominatur uerbis.

89 Leges ubi deficiunt potest allegari ratio naturalis.

90 Naturalis iustitia quid sit?

91 Naturales et bonæ cõsuetudines sunt in iustitia naturali.
92 Ratio naturalis est arbiter inter pares prætẽdentes supremam potestatem.
93 Prouinciæ eligunt sibi regem secundum naturalem rationem & ius gentium.
94 Princeps licet lege positiua non obligetur a dictamine tamẽ rationis, quia est animal rationale, nõ est solutus.
95 Nulla auctoritas potest facere ut princeps non sit animal rationale, nec eũ a soluere a lege naturæ, uel a dictamine rectæ rationis.
96 Deus solus est iudex inter habentes supremā potestatẽ.
97 Ratio naturalis est uerum fundamentum interpretationis legum.
98 In re dubia ad rationes reccurrendum est, nam deficiente iure scripto debemus recurrere ad ratiões naturales.
99 Rationem naturalem allegare sufficit, licet quis non alleget legem.
100 Extensio fundatur super ratione ciuili.
101 Euangelium non in uerbis scripturarum, sed in sensu consistit auctore Hierony.
102 Ratio legis est anima legis.
103 Legis mens colligitur ex ratione per legem aßignata.
104 Dictum ex ratione intelligimus.
105 Dictum restringitur per rationem.
106 Item per causam quæ multum attenditur.
107 Dictum ampliatur per rationem ampliorem dicto.
108 Ratio duplex est finalis scilicet & Impulsiua.
109 Ratio motiua item ratio determinatiua quæ sint.
110 Ratio motiua non semper est finalis sed determi-

natiua sic.

111 Statutum uel dispositio ubicunque est potentior sua ratione ibi ratio præsumitur impulsiua.

112 Ratio seu causa in dubio præsumitur impulsiua.

113 Extensio quando fundatur super ratione debet intelligi de ratione finali, seu determinatiua.

114 Ratio finalis quando est expressa in lege tunc potest fieri extensio per illam rationem.

115 Extensio an poßit fieri in correctorijs & pœnalibus.

116 Ratio si non est expressa in lege uel alia dispositione, sed unica tantũ potest reddi, illa habetur pro expressa.

117 Extensio an fieri poßit ex identitate, uel maioritate rationis?

118 Extensionis tertium fundamentum quod est super mẽte disponentis.

119 Non debet aliquis uerba considerare, sed uoluntatem & intentionem.

120 Intentio nõ debet deseruire uerbis, sed uerba intẽtioni.

121 Sensus disponentis cum manifestißimus est uerborum interpretatio nusquam tantum ualet ut melior sensu existat.

122 Mens legislatoris plene est consideranda.

123 Mens dicitur sicut anima, uerbum sicut corpus, & sic magis attendi debet intellectus, quam uocabulum.

124 Verba sunt sicut corpus, mens sicut anima & spiritus.

125 Mens & ipsa ratio legis a lege non differunt.

126 Mens non solum in legibus, & canonibus, sed etiam in omni alia dispositione est uerbis præferrenda.

127 Lex pedetentim uadit post mentem testatoris sicut ue-

nator post leporem.

128 Themo sicut gubernat nauē, sic mens gubernat uerba.

129 Verba licet in dubio sint intelligenda ut aliquid operentur, potius præsummendus est uerisimilis intellectus & quomodo?

130 Mens siue sensus quot modis accipiatur?

131 Mens quotuplex sit?

132 Quomodo dicatur ex mente aliquid esse, quis sit eius effectus, & an et quādo pp mentē posit fieri extēsio.

133 Mens ex quibus colligatur?

134 Mens legis quatuor modis præsumi potest.

135 Legis mens ex quibus præsumatur, ita ut posit fieri extensio?

136 Rationis diffinitio pluribus modis fit.

137 Aequitas quid sit?

138 Aequitas & ratio simul iunctæ inducunt interpretationem legalem.

139 Aequipollentia quid sit.

140 Ratio ubi non attenditur sed sola auctoritas uoluntatis, ibi forma præscripta extensionem non recipit.

141 Statuta quæ sunt cōtra rationem iuris nō extēduntur.

142 Ratio ubi deficit quæ debet esse bona et æqua, nō potest fieri extensio.

143 Extensio fundatur super simplici uoluntate legis, uel hominis ut fiat.

144 Iudex super extensione pronuntiādo potius declarat, quam qꝫ ipse extensionem faciat.

145 Extensio fundatur super fauore reipublicæ.

146 Extēsio fundatur in his quæ cōcernūt fauorē animæ.

QVAE FVERIT CAVSA INTRODVCENDAE EXTENSIONIS, ET SVPER QVO SIT FVNDATA. RVBRI.

1 CAVSA introducendæ † extensionis actiuæ & passiuæ fuit necessitas: quia 2 quamprimum lex† vel aliqua dispositio facta est, naturaliter euenire solet, vt requiratur necessaria prudẽtum interpretatio, vt l.ij.§.his legibus latis.ff.de orig. iur. vt dixi in titu præced.in prin.& in fi. Et ratio est, quia non possunt omnes casus sigillatim lege, vel alia dispositione comprehendi:l.non possunt cum l. seq. 3 ff.de legib.quia plura† sunt negotia quam vocabula vt l.natura.ff.de præs.verb. Fundatur autem †ex 4 tensio in primis super æquitate vt probatur c.i.§.vt autem æquitas in princi.titu. de pace iuramen. firmau.& ibi hoc vult Bald. qui dicit per illum text. 5 ꝙ omnia† Statuta extensiuam interpretationẽ recipientia debent fundari in æquitate,& probatur etiã hoc in l.vnica.ff.quib.nõ compe.bo.pos.ibi,respõdi hic casus verbis edicti non continentur, sed est æquũ &c. Idem not.Bal.in l.si defunctus.C.de suis 6 & legit.qui singulariter dixit ꝙ æquitas† est fundamentum interpretandi leges & pacta, allegat l. si socius pro filia.ff.pro socio,& probatur in l. ex facto.in princi. versi. etenim.ff.de vulg. & pupil. & 7 ibi hoc vult Bal.& alij docto.qui dicunt† ꝙ Statuta & rescripta interpretantur secũdum æquitatem: & ita æquitas est eius fundamentum,& de hoc est

tex.

tex.notabilis in l.in his.ff.de condit. & demon. ibi ex bono et æquo interpretationem capere, & Bal.
8 dicit per illum tex.ꝙ interpretatio † debet esse bona & æqua:& sic habere istos duos comites.s.bonum & æquum vt ibi.& l.pe.in princi.cum glo.i. & ibi doct.ff.de iusti.& iur.& idem tenet etiã Bal. in c.causam extra de rescript.& hoc vult glo.sing. in authẽ.vt sine prohibit.mat.credi.& deb. in prin. in verbo ineptissimũ existimauimus. collatio. vij. Quæ dicit per illum tex.nota mirabile,ꝙ est ineptũ
9 †non fallere regulam si æquitas videatur.allegat ẽt tex.in authen, de non alie.§. vt autem lex. & ff. de reg.iur.l.semper, & de leg.iij.l.vxorem.§.fœlicissimo,& illam glo.sequitur Abbas Sicul.in c. vt debitus in pen,colum.extra de appel. Idem sentit glo. fi.in l.siquis seruo.in fi.C.de furt.& Bald. in l. omnes populi.xij.colum.versi.modo quæro vnũ Statutum.ff.de iusti.& iur. in authen. præterea in vlti. q.C.vnde vir.& vxor.& Ang.l.si per aliũ in prin. ff.neq.alium qui in ius voca.& Per. de Anch.in re petitio.c.canonum statuta ccviij.colum. ver. transeo nunc.extra de constitu & hoc videtur tenere Rapha.Ray. de Cumis.in l.si vero.§.de viro circa
10 fi.ff.solu.ma. Vbi dicit†ꝙ quando lex est rigorosa non æqua,& non fundata ratione non fit extensio,vel l. q̃d vero cõtra & l. quod nõ ratione.ff.de legib. in hac sententia videtur fuisse lacteus Lactã
11 tius qui eleganter dixit. Origo Iustitiæ†in Religione,ratio in æquitate consistit:Sed hi qui primam illam partem nesciuerunt,nec secundam quidẽ tene-
12 re potuerunt,pro hoc†optime facit quod in simili dicitur de fictione quæ fundatur super æquitate l. postliminium est ius in princi.ff. de capti. & no.per Bar.l.si is qui pro emptore vi.q.prin.ff. de vsucap.

& Ioan.de Imol.in l.si filius qui patri.xiij. colum.
13 ff. de vulga. & pupil Pro declaratione † huius fundamenti, quod in æquitate consistit, quæro primo quid sit æquitas, & quid sit Rigor iuris? & re-
14 spōdeo, Aequitas est † applicatio animi seu iuditiū in quo circunscripta iuris regula aliquid dictante singuli, & propria ratione statuitur, & loquor de
15 æquitate in spetie. Aequitas † autē in genere est Applicatio animi ad rectum iuditium intellectu non errante in substantia, nec in circunstātijs facti, sicut
16 dicitur, ꝙ æquum est † iuditium ecclesiæ claue non errante, ita dicit Bal. in l.i. in prin. in ij. colum. versi.
17 iij. op. ff. de iusti. & iur. Vel aliter † dicitur æquitas rerum conuenientia: quæ in paribus paria iura desiderat: & omnia bene æquiparat, vt in c.i. §. vt autē æqui tas in prin. in titu. de pace iur. firma. & ibi hāc diffinitionem æquitatis tradit Bald. per illum text. Et idem dicit Guliel. de monte Laudu. secundum Cy. pria. in clemen. quamuis de appel. & Specu. titu. de dispensat. §. i. versi. æquitas, & Alberi. de Rosa. in l.i. C. de legibus. Vel dic quartò secūdū Spec.
18 in d. ver. æquitas † est motus rationabilis regens misericordia rigorem. xlvi. dist. disciplina, & c. & qui
19 emendat, & c. vera, quia rigor † est mansuetudine temperandus. extra de purga, cano, c. cum in iuuē
20 tute, & hæc est illa † æquitas, quam iudex semper præ oculis debet habere, vt dicitur. ff. de eo ꝙ cer. lo. l. ꝙ si Ephesi. & c. vt nostrum in parte decisa extra vt ecclesi, benefi. & de transa. c. fi. in fi. & xxvi.
21 q. vlti. c. alligatus. Vel tertio æquitas dicitur † secundum Archid. i. distin. c. ius generale: Iustitia dulcore
22 misericordiæ temperata. Rigor autem † dicitur generalis ordinatio habens eandem vim in differentibus ratione l. perspexit. ff. qui & a quib. secundum

Bald.d.l.i.ij.colũ. Vel dic ꝙ rigor iuris dicitur quidam excessus iuris factus ad terrorem, vt dicit glo. l.distin.c.vt cõstitueretur, & ibi not. per Archidia.
23 Secundo quæro† quotuplex sit æquitas principaliter? dic.s.duplex vna naturalis de qua fit mentio in l.i.§.i.ff.siq.testa.liber.& l.i. in princi.ff. de pact. & l.Stichũ.§.naturalis.ff.de solutio. Alia ciuilis vt dicit tex.d.l i.§.primo in prin.& ista ciuilis appellatur Iustitia positiua,& præcedens,naturalis appellatur Iustitia primitiua,seu prima æquitas vt est tex. cũ glo.notabili in l.fi.ff.de publici.& hoc vltimũ probatur in l.iure naturæ, quæ est in vltima colũ.ff.de reg.iur.& l. nam hoc natura.ff.de conditio. indebi.
24 Et adde ꝙ illa† prima æquitas dicitur rudis non scripta,contra quam multa quãdoque obijciuntur, de qua habetur per glo.i.distinct.ius generale.Alia
25 dicitur secundaria† æquitas scripta de bono publico introducta,de qua dicitur d.c.ius generale secundum Archi.ibi. Item æquitas alia est disposita,alia disponenda,vt l.i.C.de legi.& ibi not.vt dicit Bal. d l.si defunctus:qui subdit ꝙ etiam reperitur æquitas motiua: quæ appellatur abusiua, & præcisa.
26 Tertio quæro† quot modis capiatur æquitas? Iac. de Belui.& Bald.d.c.i.§.vt autem æquitas titu. de pace Iura.fir.dicũt ꝙ capitur quinque modis, vno modo prout distinguitur inter æquitatem & dolũ. ff. ad l.Aquil.l.ita vulneratus. & in l.bona fides.ff. deposi. Secundo modo, prout distinguitur inter rigores & iuris regulas.C.de furt.l. siquis seruo. & ff.de verbo.oblig.l.si seruum.§.sequitur. Tertio modo dicitur ipsa mens & ratio legis. ff.de excusa. tu. l.scire oportet.§.& si maxime. Quarto modo dicitur ipsum ius et iustitia.ff.de iusti.& iur.l.i.in prin. Quinto modo dicitur æquitas temperatiua siue

æqualitas l. vt liberis. C. de collatio. & l. illam cum auth. ibi posita. et l. Illud. §. fi. eo. ti. & l. fi. & ibi no.
27 C. de fructib. & lit. expens. Et adde † ꝙ illa dicitur æquitas, quæ semper vna & eadem permanet vt not. in l. i, C. de in ius vocan. secundum Bald. in l. si defunctus ante fin. C. de suis & legit. & debet po-
28 tius † inspicere sensum quã verba l. etiam et ibi hoc
29 not. Bal. C. de iure. doti. Qui sensus † potest tribus modis accipi secundum eum ibi. Primo pro volun tatem secundum d. l. etiam. Secundo modo pro ra tione l. scire oportet. §. & si maxime. ff. de excusa. tu. Tertio modo pro euitatione absurditatis l. ex fa- cto. in princi. ff. de vulga. & pupil. & adde quæ di- cam super fundamento quod in mente consistit. Itẽ
30 lex † quantuncunq; pœnalis dicitur æqua, cum pro vtilitate publica facta est, vt l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & ibi tex. dicit illud esse æquum: cuius con trarium est iniquum, vt puta non punire mala exẽ pla: quæ solent redundare in proprios auctores vt dicit Bal. l. si quis seruum. C. de furt. Quarto quero
31 an omne † qđ est æquũ sit bonum & econtra? Dic ꝙ nõ nam licet quædã sint iura bona & æqua sim pliciter vt l. i. in prin. ff. de pact. & l. i. ff. de constitu. pecu. & tex. in l. in his: & ibi not. Bal. ff. de condi. & demon. tamen quædam sunt bona, non tamen sim pliciter æqua, vt habetur per glo. i. distin. ius gene- rale. et glo. in l. hac lege. C. de pact. cõuenit. & Paul. de Cast. in l. placuit. C. de iudi. Dicũtur tamẽ æqua respectu alterius iuris quod est iniquum vel minus
32 æquum. ff. de furt. l. si ferrum. Vbi enim † duo iniqua repugnant vnum est eligendum. xiij. dist. nerui, vt not. Archid. secũdum Laurentium d. c. ius generale in fi. & vult etiam hoc Bald. in l. certum in princi. C. vnde cogna. vbi dicit ꝙ prætor successiones ex

bono & æquo dilatauit, vt in.§.quos autē. Inst. de bono.pos.probatur per text. in l.quotiens.ff. de
33 reg.iur. Propterea† not.ꝙ iura succedendi ab intestato sunt introducta ex bono & æquo. & ideo
34 si† per Statutum Ciuitatis successio introducitur ex bono,sed non æquo dicitur esse odiosum, vt qñ per ipsum masculus excludit fœminam, nam istud Statutum factum est propter bonum publicū causa conseruandi familias agnatorum vt l.i.§.antepe. ibi vt ordinum dignitas &c.ff.de vent. inspici. tamen non est æquum,vt l. maximum vitium.C.de
35 lib. præteri. Quicquid† enim est contra iustitiam æquitatis dicitur odiosum, vt per Cyn. in l.i.C.ad l.iul.de adulte. & ꝙ tale Statutum non contineat æquitatem tenet Bal. in l.lege xij.tab. circa mediū. C.de legit.hære.& Bar.in l.cunctos populos.in vi. princi.C.de sum.trini.& fide catholi. Sed in contrarium videtur ꝙ huiusmodi Statutum possit dici æquum:ex quo est introductum propter pub.vtilitatem.Item videtur ꝙ potius debeat dici fauorabile quam odiosum:ex quo principaliter est factum in fauorem agnatorum,vt d.§.antepe. quia debe-
36 mus inspicere† quod principaliter fit,vt l.si quis nec causam in princi.cum ibi not.ff.si cert.peta. & l. si quis exceptio.in prin.ff.de condictio.indebi.licet in cōsequentiam secundario tendat in odium fœminarum,vt not.Bal.in l qui in potestate.C. de in ius vocan.de quo habetur per Bal.Cyn.& alios.d.l.i. C.de adulte.& Bal.& doct.d.l.maximum vitium. Istud non examino quia plene declarabimus infra in titu.in quib.casi.fieri pos.extens.in q. de fauorabilibus, & in titu.In quibus casi. non pos.fieri ex-
37 tens.in q pe odiosis. Quinto quero† quæ est illa æquitas super qua fundatur extensio: & per quam

possit extensio fieri. Dic ꝙ est æquitas naturalis vt l. Marcellus diffinit & l quotiens æquitatem.ff.de regu. iur. Item æquitas ciuilis de qua supra dixi in versi.secundo quæro. Itē intelligitur de æquitate scripta, quia per illam fit extensio, vt no. Albe. de Rosa in suo opere Statutorū. viij. q.in iiij. colū.
38 Vbi dicit ꝙ quādo est æquitas †scripta in corpore iuris, & non loquitur personaliter, tunc seruit etiam in alio casu, in quo æquitas reperitur, verbi gratia. Statutum concedit immunitatem maiori xxv.annis & minori.lx. multo magis videtur concedi maioribus xxv.annis, quia æquitas scripta est.ff.de minorib.l.i. Item si Statutum expellit a consilio maiorem xxv.annis & minorem xl.multomagis videtur expellere minorem xxv.annis l.ad rem pu-
39 blicam.ff de muneri. & ho. Alias †resultaret absurdum quod non est dicendum, vt l.nam absurdum. ff.de bo.lib.& not.in l. diuortio in princip.ff.solu.
40 matri. Idem †est etiam quando est vna æquitas in genere quo ad omnes, quia tunc licet sit expressa in quibusdam casibus, tamen extenditur ad alios casus, in quibus subsit eadem æquitas vt not. in l. i.C. de interdict. vbi æquitas erat vna in genere quo ad omnes gradus per quos arbor nectetur: tamen per prætorem non erat illa æquitas scripta nisi in duobus casibus, extenditur ergo illa æquitas scripta ad non scriptam per identitatem rationis, & quia participat in eodem genere æquitatis, vt notabiliter dicit Bal.in l.si mater.C.de insti. & substitutio.& est de mente glos.in d.l.i.in verbo quibus ostenditur, quæ incipit, idest ex mente & ibi per doct. Item intellige de æquitate non scripta quando sequeretur absurdum si non fieret extensio.
41 Absurditas enim †semper excluditur, etiam si ver-

bis non exprimatur.ff.de legib.l.in ambigua.C.de conditio.infer.l.cū pater & l.siquis a filio in princi. ff.de leg.i.& l.aliud.§.ab surdum.ff.de reg.iur. alias secus secundum Alberi.de Rosa.in i.parte Statutorum viij.q.Quibus adde quæ dicam in tit.seq.& in titu.vnde possit elici &c. vbi tractabo de absurdo
42 & æquitate. Sexto quæro † quando concurrit æquitas ciuilis & naturalis seu iurisgentium? dic ꝙ ciuilis præfertur naturali æquitati l.bona fides in princ.ff.depos.vbi est casus notabilis de hoc & ibi
43 habetur per Bar.& docto. Septimo quæro† an & quando æquitas sit præferenda Rigori,& quan do secundum æquitatem sit iudicandum? In quo ar ticulo quotidiano ita distingue, Aut æquitas & rigor loquuntur in diuersis casibus,& tunc vtrūque remanet in casu suo:ex quo stare non prohibetur, vt c.cum apostolica extra de his quæ fi.a præla. sine consen.capi.secundum Guil. de Montela. in cle. quamuis.de appel. Aut æquitas contradicit rigori vel econtra, & tūc distingue quatuor casus, Aut enim æquitas est scripta & rigor scriptus, Aut æquitas nō scripta, & ius scriptum, Aut æquitas scripta & ius non scriptum,aut econtra Primo casu quādo æquitas est scripta & ius scriptum siue rigor iuris,& tūc iterum subdistingue: Aut vnum se habet ad aliud vt species ad genus,& tunc specialis derogat generali:vt in regula generi per speciem derogatur.de regu.iur.in vi.& l.in toto.ff.eo.& l.i.cum ibi nota.ff.de vsucap.& hanc doctrinā ponit Dy. in c.ij.ff.de reg.iur.in vi.& Iacob.Butri. & Bal. in l. placuit.C.de iudi.& Cyn. l.i.C.de legib. in vlti.
44 q.& ibi per alios docto.Et ideo si æquitas† est tā quam species,& rigor tanquam genus æquitas præfertur rigori secundum Iacob. Butri. & Bald. d.l.

placuit,quæ loquitur quando æquitas, & rigor est scriptus secundum Bar.ibi & ita vult Bar.in l.i.C. de legib.& est glo.in c.fin.& ibi Canoni.extra de transact.& hoc est verum inspecto iure simpliciter,sed pro vrbano a lege non præfertur æquitas rigori vt l. creditores.C. de pigno. & sic minus est
45 †vrbanum quam æquum secundum Bald.d.l.creditores.ij.colum.in vlti. notabili.Econtra similiter
46 quando est†scriptus iuris rigor in spetie , & æquitas in genere, præfertur rigor ipsi æquitati,vt not. Iacob.Butri. Bald. & alij dicta l.placuit, & Bald. in authen.ex testamento. in iiij.colum. in princi.C.
47 de secund.nupt. vbi dicit ꝙ rigor iustitiæ † vincit naturalem æquitatem in genere. Idem tenet Guil. in clem.quamuis de appel. & hoc probatur in l.i. ff.de vsucap.iuncta l.naturaliter cum l.seq.ff.de cō-
48 ditio.indeb.nam rigor† vsucapionis vel præscriptionis scriptus in spetie,præfertur æquitati scriptæ in genere,quæ est vt nullus locupletetur cum aliena iactura.Dictus enim rigor est bonus propter bonum publi.ne dominia sint in incerto,sed non est æquus,quia contra rationem naturalē est,quæ succumbit propter iustitiam positiuam , quæ versatur
49 in rigore. Vnde†quoddam est ius bonū & æquū quoddam bonum,& non æquum, vel econuerso, vt not.in l.i.ff.de iusti.& iure,ponit Paul. de Cast. l.placuit.C.de iudi.& dixi supra iiij.q.Vel dici potest secundum Bald.d.l.placuit,ꝙ d.l.i ff.de vsucap. ille rigor habet in se iustitiam positiuam,ideo præualet æquitati,quæ est contra iustitiam positiuā,vt
50 no.in l.i.§.pueritiam.ff.de postul.Et ꝙ†dictum est rigorem scriptum in spetie præferri æquitati in genere limita notabiliter duobus modis. primo nisi æquitas consuetudine antiqua sit roborata per tex.

in clem.quamuis in princi. de appel. Secundo li-
mita nisi præsumptio esset pro æquitate, vt est tex.
cum glo.notabili in c.sciscitata. in verbo æquitate
pensata.extra de in integ. restitu. Aut rigor et æqui
tas se habent vt duæ speties scriptæ vel duo genera
scripta, et in hoc duplex fuit opinio, vna ꝙ illud q̃d
est vltimum in compositione præferatur, argu.c.i.
de constitu.lib.vi.& l.non est nouum.C. de legib.
& hanc sequitur Petr.& Cyn.in l.i.C. de legib. &
Guil.in d.clem.quamuis.quod dicit esse verũ Cyn.
quando de prioritate & posterioritate cõstat. Vbi
51 vero est † dubium statur æquitati, argu.l. in ambi
guis.ff.de reg.iur. Alia fuit opi. ꝙ præferatur æqui-
tas, quam tenet Dyn.in c.ij.de regu.iur.in vi. & se
quitur Iacob.Butri.& Bald.d.l.placuit, quæ etiam
hoc modo potest intelligi. Et hanc etiã ego sequor:
quia si aliter diceremus, sequeretur ꝙ nulla esset
differentia de æquitate ad rigorem, & econtra, po-
sito ꝙ vtrunq; esset scriptum, quam tamen iura fa
cere voluerunt, vt d.l.placuit.&.c.fi.de transact.cũ
simi.& hanc opin.tenuit Raph.d.l.placuit.qui dicit
ita tenere doct. & potest poni exemplum secundũ
52 l.ij.C.de iudici. vbi de †rigore obstat exceptio, sed
de æquitate datur replicatio, quia æquitas est scri-
pta in illa l.præfertur rigori etiam ibi scripto, vt d.
l.placuit, quæ in his duabus casibus potest intelligi.
53 Sed aduerte quando†æquitas & rigor se habẽt vt
duæ speties potest esse ꝙ vna speties erit spetialior
altera, quo casu videtur dicendũ ꝙ sicut vna, quæ
est in spetie derogat alteri, quæ est in genere vt di-
xi, ita vna quæ est spetialis derogat minus spetiali
per eandem rationem, & hoc vult Bald.l.hac con-
sultissima circa princi.C.qui testa. fa. pos. qui dicit
54 notabiliter ꝙ inter † speties illa quæ est spetialior

derogat alteri pari ratione, qua indiuidua derogant spetiei, vt not. Dyn. in d.c. generi, & subdit Bald. ꝙ 55 illa dicitur † spetialior in qua est maior ratio spetialitatis. Vel potest dici, ꝙ sit illa, quæ conuenit paucioribus argu. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. de pact. & ꝙ not. Bar. in extrauaganti ad reprimendum in verbo non obstantibus in fi. & Bald. in l. executorem. C. de executi. rei. iudi. & l. Titiæ textores in princi. de leg. i. & l. qui habet in princi. ff. de 56 tutel. cum simi. Secundo casu † principali quando æquitas nō est scripta, neque rigor scriptus, puta quando occurrit casus nundum scriptus similis cuiusdam iuris positiui scripti, & similitudo æquitatis in alijs terminis suadet oppositum: certe debemus potius sequi simile æquitatis, quam simile rigoris iuris, argu. d. l. placuit C. de iudi. & c. fi. extra de transact. & l. non sinc. C. de bon quæ lib. & quia 57 sufficit † naturalis æquitas. ff. de excusa. tuto. l. scire oportet. §. sufficit secundum Iacob. Butri. Bald. Rapha. & alios in d. l. placuit in fina. & Cyn. & alios 58 in l. i. C. de legib. Nam licet † æquitas non sit scripta ex solo tamen dictamine rationis debet seruari d. l. scire oportet. §. & si maxime, quia naturalis iustitia & æquitas idem sunt, vt tenet Petr. & Cyn. l. nō dubium in i. q. in fi. C. de legib. & sequitur Bal. in c. pastoralis. in fi. de causa pos. & proprie. Ter 59 tio casu † principali quando æquitas est scripta & rigor non scriptus, & iste casus non habet dubiū, 60 ꝙ æquitas præfertur rigori, quia scriptum † præfertur non scripto regulariter, & ita potest intelligi tẽ d. l. placuit. & l. fi. ver. quid enim. C. de neg. gest. & c. fi. in fi. extra de trāsact. & est tex. in d. c. pastoralis in fi. & ibi glo. fi. & hoc modo potest intelligi illud quod scribitur in libro Sapiē. c. v. vbi dicitur æqui-

61 tatem†esse scutum in expugnabile. Quarto &
62 vlti. casu principali, quando rigor † est scriptus &
æquitas non scripta, & tunc regulariter præfertur ri
gor scriptus, licet videatur rigor non æquus & du
rus & non seruādus l. prospexit. ff. qui & a quibus.
& l. fin. in ver. hoc decidentes, & versic. sed ex quo
dic. C. de nego. gest. & isto modo potest intelligi
glo. in c. sipropter tua debita in verbo vacabunt
63 de rescript. in vi. quæ dicit ꝙ æquitas † eo solo casu
iuris rigori præferť, in quo scripta reperitur, in aliȷs
64 non, & talis † æquitas nō scripta dicitur a iure im-
probata, quando rigor est scriptus, ita dicit Bald. in
c. i. tit. an maritus succe. vxo. per dicta l. prospexit.
& ideo ad nos non pertinet dicere istam l. esse ni-
mium duram vel rigorosam, & cōtra omnē æqui
65 tatem non scriptam quoniam ad solū † principem
pertinet, istam æquitatem discernere, vt habetur in
66 l. i. C. de legib. Nec debemus † ex capite nostro pro
pter æquitatem quam subesse putamus a iure scri-
pto recedere, quia isto modo omnes leges vt ita di
xerim possent aboleri secundum Paul. de Cast. d. l.
placuit. quod dicit esse not. contra præsumptuosos
& temerarios asserentes contrarium contra iura
scripta propter æquitatem sui capitis, dicendo non
curamus de vestris legibus, sed imus per æquitatē
quam non vident nec cognoscunt, sed credunt co-
gnoscere. Et prædicta dicit esse vera, quando intel-
67 lectus legis est clarus, sed si † de eo esset dubium, &
possent dari plures intellectus, tunc debemus se-
qui intellectum æquiorem et benigniorem l. in am-
bigua. ff. de reb. dub. & l. si seruum. §. sequitur. ff. de
68 verbo. oblig. vbi dicitur † plerunqꝫ sub auctoritate
69 iuris pernitiose erratur, & ideo dicitur, noli esse † ni
mium iustus ȷj. q. vȷj. sententia, facit glo. l. siquid vē-

70 ditor.§.fi.de edil.edi.Item† si essemus in Ciuitate Venetiarũ & rigor iuris ciuilis esset scriptus, æquitas non scripta posset iudicari secundum æquitatem quia Veneti nõ astringuntur sequi iura ciuilia nec sequi volunt, nisi ꝙ arbitrio suo vt not. Bald. l.milites.C.de testa.mili.Quod procedit quãdo tractatur de processu, & sententia faciendis Venetijs tantum,& iuditium non fuerit alibi factum, secus si fuisset lata sententia Paduæ vel Veronæ, vbi seruatur ius commune vltra Statuta. Nam si esset lata sententia secundum rigorem iuris ciuilis vel Statutorum,& appellatio deuolueretur ad Ciuitatem Venetiarum,puta ad Auditores nouos sententiarũ, tenerentur illi Auditores,& Consilium de quadraginta,& alia Consilia Venetiarum sequi rigorem iuris ciuilis,vel Statuta scripta omissa æquitate non scripta, sicut tenebantur primi iudices Paduæ vel 71 Veronæ,quia iudex†appellationis in sententiando tenetur seruare illud ius,quod tenebatur seruare iudex causæ principalis,quia eis succedit, vt confirmator vel infirmator,vt dicit eleganter Bal. in c.i. de pace constan.xviij.colum.in princi. & pro hoc 72 facit ratio,quia appellatio†imitatur naturam causæ principalis,vt no.in l.cum appel.Sempronium. ff.iudi.sol.& ita not.Bald.in l.vnica.ij.col.in princi. C.de his quæ.pœ.no. Et hoc est verum etiam quãdo appellatio deoluitur ad Principem,tanquã ad 73 iudicem ad quem,quia tunc†princeps tenetur seruare Statuta Ciuitatis:in qua fuit lata prima sententia, & ita disputando terminauit Marti. de fano. quã disputationẽ posuit Ioan. And. in addi. Specu. titu.de appel.§.nunc tractemus, & sequitur Angel. in l.i.§.siquis in appellatione ante fi.ff. de appel.& probatur in authen.vt cũ de appel. cogno. in prin.

colla.viij.& not glo. ordi.xij.distinct.illud. Quod
74 notent† domini Veneti, quia etiam eorum princeps & dominium tenetur seruare iura & Statuta
75 primi iudicis in decidendo, Et similiter† iudex appellationis tenetur iudicare secundum consuetudinem partium, siue loci iudicis a quo vt not.Innoc. in c.Raynutius in vlti.col.circa prin.in verbo consuetudinem,& in fi.vlt.glo.extra de testa.& est gl. ordi.in d.c.illud.xij.distin.& not.Archid.prima distin.consuetudo.& Fede. de Senis in consil. xci. & Anto.de Butri.in rubri. extra de cōsuetu.& Cardi. Zab.in c.fi.§.i.in xlviij.q.eod.titu.& in q.seq. Vbi disputat quid de iudice delegato,& vide Ang.in l.i. §.& si prætor.ff.de offi.eius cui mand. est iurid. & Paul.de Cast. in l.cum a nobis.C.de dilationibus.
76 Item† qđ dixi rigorem scriptum præferri æquitati non scriptæ limita hoc nō procedere, in arbitrarijs:
77 quia in illis iudex ex causa potest præferre æquitatem non scriptam legi & rigori scripto, vt dicit Anto.de Butr. valde notabiliter in c,i.extra de consti. & refert Bar.ita eleganter dicere in l.i.C. de sacros. eccle.& sic limitat tex. & glo.d.l. placuit.secūdum
78 Francis.de Aret.in rub.C.qui admitti. Et q† in Arbitrarijs iudex non teneatur sequi rigorem iuris scriptum,immo sequi possit æquitatem etiam non scriptam,est casus in authē.de desens.ciui.§.iusiurandū secūdum vnum intellectum,vt vult Anto. de Bur. d.c.i.& probatur etiam in authē. iusiurandū quod præstatur ab his.§.i. vbi iudices vel consules debēt iurare se iudicaturus. secundum quod sibi æquum videbitur, & sic secūdum æquitatem, vt auth.sed hodie.C.de iudi.quæ iura intelliguntur in his, quæ iudicis arbitrio committuntur,secundum Raph. d l.i.C. de legib. & Bald. in d.authen. sed hodie. &

79 Innoc. & Butr.d.c.i. Item limita† in his quæ sunt fori pœnitentialis,quia in illis semper ius canonicũ amplectitur æquitatem cõtra rigorem,sed quantũ in his quæ sunt contentiosi fori amplectitur rigorẽ, quando non detegit̃ euidens peccatum.Vnde agentem possessorio admittit licet sit prædo, quia non admittit ad discutiendum an sit prædo,sed si constaret eum esse prædonem bene repelleretur,quia iam detectum esset peccatum,vt not.Anto.de But.in c. in literis in v.col.in fi.ij.oppo.extra de resti. spolia.
80 Item limita†quando esset quæstio inter fratres de hæreditate paterna, quia tunc debemus sequi potius æquitatem & summam benigniorem,quã iuris rigorem, vt probatur in l. nonnunquam.ff.de colla.bono.Et per prædicta habes expeditum istũ articulum plenissime vltra omnes. An & quando æquitas præferatur rigori vel ecõtra, de quo vide per glo.& doct.in l.i.C.de legib.& canoni.c.fi.extra de transact.& Bal.in c.pastoralis circa fi.de causa pos.& proprie. & pulcherrime per Domi. de S. Gemi. in c.disciplina.ij.colum.xlv.distin.& docto. l. placuit. C.de iudi.Ex quibus poteris intelligere,
81 quomodo†& quando æquitas sit fundamentum
82 extensionis.Quibus adde, ꝙ licet†æquitas regulariter extendat legalem dispositionem vt no.glos. in l.siquis seruo.C.de furt.& dixi supra circa prin. huius titu. legem trahere retro non est æquum : ideo non trahitur de similibus ad similia, vt not. Ioan. Monaci.in c.detestanda de concess.præben. in vi.& Bal.in c.i.titu.an marit.succed.in feu.Et hæc omnia perpetuo tene menti,quia sunt quotidiana, & vtilia,& necessaria ad materiam nostrã. Reliqua quæ spectant ad æquitatem dicam infra in titu.vnde po
83 test elici extensio. Secundo principaliter† funda-

84 tur extenſio ſuper ratione naturali. Nam † lex ambigua interpretatur ſecundum moderamẽ iuris ſeu rationis naturalis, vt l. non ſine circa medium. C. de bo. quæ lib. & l. i. §. i. C. de cadu. tol. et pro hoc Bald. in c. primo in v. colum. in prin. in titu. de alie-
85 na. ſeu. vbi dicit eleganter, quotiens † legis intellectus eſt dubius ad naturalem rationem recurrendũ eſt l. ſcire oportet. §. & ſi maxime. ff. de excuſ. tu. & Bald. titu. de pace conſtan. xxxij. colum. dicit notabiliter, ꝙ etiam in Statutis habet locum hæc inter-
86 pretatio, quia † naturalis ratio eſt potentiſsima in qualibet ſtatutorum interpretatione, allegat Cyn. in l. non dubium circa fin. C. de legib. & probatur optime in l. cui pacto. in fi. ibi, naturalem habet intellectum ff. de ſeruis exp. & l. cum ratio in princi.
87 ff. de bo. dam. vbi † dicitur rationem naturalem eſſe quandam legem. Et propterea dixit multum belliſsime Abb. Sicul. in c. ad audientiam extra de de-
88 cim. ꝙ verba † & intentio ſeu ratio ſe habẽt prout corpus & anima, nam ſicut anima dominatur corpori l. ſancimus. C. de ſacro. eccle. Ita ratio legis dominatur verbis, vt l. non dubiũ cum ibi not. C. de legib. & regula fi. ff. de reg. iur. in vi. facit l. cum pater. §. dulciſsimis de leg. ij. Præterea dixit glo. nota. i. diſtinct. c. conſuetudo. in verbo rationem, ꝙ vbi
89 † deficiunt leges poteſt allegari ratio naturalis, & ita tenet Ludo. Roman. in quodam ſuo ſingulari, quod incipit Recõuentio in cauſa, quæ deſiderat celeritatem, qui dicit ꝙ Bald. ſolebat allegare ad hoc c. fin. in fi. extra de tranſact. Et dicit etiam Bal. multum notabiliter in c. i. in iij. colum. in titu. de ſucceſ.
90 feud. ꝙ naturalis Iuſtitia, † quæ nihil aliud eſt, quã ratio naturalis vbiq; locorum extendit uires ſuas.
91 & naturales † & bonæ cõſuetudines ſunt in ipſa na

turali iustitia cap.primo.§.sed sunt quædam in tit. in quib.caus.feu.amit. facit xij.dist. consuetudo. & xx.dist.§.decretales, Et plus dixit singulariter Bal. in prima constitutione C.in v.colum.Tantũ pos-
92 se†rationem naturalem, vt etiam præcipue debeat attendi, vbi est contentio de potestate inter præten dentes supremam potestatem:non enim cadit inter eos alius arbiter, nisi ratio naturalis, quæ, vt testatur Seneca in epistola lxvi. ad Lucillum arbiter est
93 bonorum & malorum:Constat†enim ꝙ secundũ naturalem rationem & ius gentium prouinciæ eligunt sibi regem l.ex hoc iure gentium.ff.de iusti.et iur.& pro hoc etiam facit, quod pulchre not. Bald. in l.ij.xi.colum.in prin.C.de seruitu.& aqua.qui di
94 cit, ꝙ licet princeps†lege positiua non obligetur l. digna vox.C.de legib. & l. princeps.ff.eo. & l.ex imperfecto.C.de testa.a dictamine tamen rationis, quia est animal rationale non est princeps solutus,
95 nulla†enim auctoritas, neq; princeps, neq; senatus potest facere, vt princeps non sit animal rationale: nec eum absoluere a lege naturæ, vel a dictamine rectæ rationis vel legis eternæ l.ij. ff. de vsuf.earum re quæ vsu consu.Sed Angel. in l.i.C.siquis impe.
96 male di.dicit, ꝙ inter†habẽtes supremam potesta tem solus Deus est iudex, quod intelligo verum esse, quando nolunt de facto acquiescere, & se subijcere rationi naturali, & ita alias dicebam in allegationibus factis per me pro illustrissimo D.domi nio Venetiarum contra Principem, qui etiam non recognoscebat superiorem, quod perpetuo tene mẽ
97 ti.Et ꝙ†ratio naturalis sit vnum fundamentũ interpretationis probatur etiam in l. in cõfessionibus in princip. ibi, confessiones naturalibus conuenire debent.ff.de interrog.act.per quem tex.dixit Bald.

in l.i.

in l.i.iiij.colum.C.de ser.fugit. Interpretationes legum debere couenire naturalibus, a d idem est tex. in l.is cuius.§.fina.eo.titu.de inter.act.& l.vbi autē nō apparet.§.illud.ff.de verb. obli.& insti. eo.§.cōditiones in fi. & gl.in l.inde Neratius.§.fi.in verbo confessus.ff.ad l.Aquil.& Bal.in c.i.vij.col. versic. secundo casu in titu. an agnat, vel fili. repudiata
98 hæreditate pater.pos. feud. reti. Vnde iure † dubio ad rationes recurrendum est, nam deficiēte iure scripto debemus recurrere ad rationes naturales vt est tex.cum glo.i.distin.consuetudo, & l.scire oportet. §.sufficit.ff.de excu.tut.not.Ioan. And.c. pastoralis extra de fide instru.facit c.secūdo requiris. extra de appel.& not.Abb.Sicul. in c.cum sint homines in
99 vlti.notabili extra de decimis. Et ideo † sufficit allegare naturalem rationem, licet quis non alleget legem secundum Iacob.de Ra.& Cyn.& Bald.in
100 d.§.sufficit per illum tex. Fundatur † etiam extēsio super ratione ciuili vt no.viij. distin.ego solis.in fi.& xx.dist.in §.decretales.in prin. & i. q.i.in cap. Marchion & Basylides vbi eleganter dicitur per beatum Hieronynum in epistola ad Galatas. Non
101 putetis † in verbis scripturarum esse Euāgelium: sed in sensu, non in superfitie, sed in medella, non in
102 sermonum folijs, sed in radice rationis. Et ideo † ratio legis est anima legis l.cū ratio in prin.ff.de bon. dam.& l.cum mulier cum ibi not.ff.solu.matri. &
103 mens legis † colligitur ex ratione per legem assignatam l.cum pater.§.dulcissimis. ff. de leg. ij. & not.Paul.de Cast.in d.l.cum mulier. in fi. & Bald.
104 l.suum in fi.C.de iure delib.qui dicit † ꝙ ex ratione intelligimus dictum per not.in l.si is qui animo.
105 ff.de acqui.pos. Propterea † dictum restringitur per rationem secundum Bar. d.l. cum pater.§.dulcissi-

106 mis.& no.in l. qđ dictum.ff.de pact.ficuti†etiam per causam quæ multum attenditur l.emptor.§.fin. ff.de rei vendi.& l. fideicommissi.§. cum Polidius. 107 ff.de vsur.Et eodem†modo ampliatur per rationem ampliorem dicto vt not.Bart.l. pater.§.fundū quem omnino vide, & est text.l. Pamphilo.ff.de 108 leg.ij.Sed aduerte†quia ratio est duplex: vna finalis de qua in l.adigere.§.quāuis.ff.de iure patro. & l.cum clericis.C.de epis.& cleri. & c. cum cessante extra de appel. Alia est impulsiua, de qua l.i.§. sexum.ff.de postul.& l.ij.§.fi.ff.de donatio. Vel secundum Bal.in l.de quibus.xviij.colum.versi.quo 109 ad sextum dico.ff. de legib.duplex est ratio†vna 110 motiua,alia determinatiua.Ratio motiua†nō semper est finalis, sed determinatiua sic.ff.de condi. & demon.l.cum tale.§.fi.& d.§.sexum & l.fi.ff.de hæ 111 redi.insti.Et vbicunq;†Statutum vel dispositio est potētior sua ratione, ibi ratio p̄sumitur impulsiua: nec debet dici ratio sed occasio legis seu dispositionis condendæ, vt in Calfurnia, vt habetur in d.§. 112 sextum. Et in dubio†ratio seu causa præsumitur impulsiua,non finalis vt est glos. notabilis & ibi doct.l. ij.§.fi.ff.de donat.& vide quæ not. Cyn.l.i. 113 iij.oppo.C.quæ sit long.consue. Et quando†extēsio fundatur super ratione,debet intelligi de ratione finali,seu determinatiua tantum, vt patet in iuri 114 bus præallegatis. Item aduerte†q; aliquando ratio finalis est expressa in lege, & tunc potest fieri extensio per illam rationem l.cū mulier.& ibi not. ff.solu.ma.& l.i.cum glo. & ibi etiā not. per doct. C.de his qui ante ap.tab. & l. his solis.C.de reuoc. dona.& l.libertum.§.primo & l.senatus.ff.de ritu. nupt.et Cyn.d.l.i.in iij.oppo.& Alberi.de Rosa in prima parte statutorū viij.q.& est glo.notabilis in

cle.i.in verbo eligatur.de elect.& ibi hoc not. Canoni.& Ant.de Butri.c.fi. extra de consuetu.et Domini.in c.i.de temp.ordi.in vi. & Paul.de Cast. in l.si vero.§.de viro.ff.solu.ma. & Flor.in l. pen.ff.si qu ad.paup.fe.dic.& l.pen. ad exhib. & d.l.vnica. C.de his qui ante a p.tab.& Paul.de Cast. in cõsi. cccxxx. Et an ista sit proprie extensio ibi eleganter declarat,& dixi supra in i.titu. in verbo expresso.

115 Sed an hoc†casu possit fieri extensio in correctorijs & pœnalibus? vide quæ dicam infra in titu. in quib.ca.non pos.fieri extensio in illa q. an in corre

116 ctorijs possit extensio fieri. Aliquando † ratio non est expressa in lege vel alia dispositione, sed vnica tantum potest reddi,& illa habetur pro expressa vt est glo.notabilis in l.quamuis.C.de fideicom.& ibi hoc not.Paul Bal.& alij.& Bal.l.quotiens la i.iiij.q. eo. titu. & l.maximum vitium.iiij. colum.versi.sed ista ratio Bar.mihi non placet.C. de lib.præter.& Paul d.§.de viro.facit qđ no. Bar. l.qui Romæ.§.duo fratres vi.q.in fin.ff. de verbo. oblig.de quo etiam dicam infra in titu. Vnde elici pos.extẽsio vbi tractabitur de ratione expressa taci

117 ta & præsumpta. Item nunquid† extensio possit fieri ex identitate vel maioritate rationis? vide in l.illud & ibi late Flori.ff.ad l.Aqui.Cyn. & doct.l. illud.C de sacro.eccle.glo.& doct. in authen. quas actiones.eo.titu.& Bal.l.ij.C.de patri. qui fili. & l. fi.C.de inter.matri.& l.siquis seruo.C.de furti.& l. humanitatis.C.de impub. & habetur etiam in l. a Titio.de verbo.obli.& l.fi.C.de constitu. pecu. & l.fin.C.ad l.Falci.& c.inter corporalia extra de trãsla.pralato.de quo plene dicam infra in quib. casi. pos.fi.extens.in q.an de similibus ad similia possit fieri extensio.Et quia ratio legis,& mens legis idẽ

sunt vt l.cnm mulier & ibi Bar.ff.solu. ma. & per Dyn.c.fi.de reg.iur.in vi.& i.distinct. consuetudo. Ideo ea quæ proxime dicam de mente legis seu alterius dispositionis hic possent conuenire. Ter-
118 tio†principaliter fundatur extensio super mente di
119 sponentis:quia non†debet aliquis verba considerare,sed voluntatem & intentionem, quia non de-
120 bet†intētio verbis deseruire, sed verba intentioni xxij.q.v.humanæ.& c.sctō requiris in prin. extra de appel.& i.q.i.Marchion & Basylides,& c.intelligentia.ff.de verb.signi.& l. in conditionibus primum locum.& l. pater seuerinam.§.conditionum
121 verba.ff.de conditio.& demon. Nam cum†manifestissimus est sensus disponentis,verborum interpretatio nusquam tātum valet,vt melior sensu existat,vt dicit tex.l.iij.in fi.C.de lib.prætc. facit l scire leges.ff.de legib.& l.cætera.§.item & in regulis ibi sententiæ mens.ff.de leg.i.& ibi Bald.dicit mentem
122 †legislatoris plene esse seruandam. Et ideo†mens
123 dicitur sicut anima,verbū sunt corpus, & sic magis debet attendi intellectus quam vocabulum, vt dicit Bald.l.siquis seruo.C de furt.& Flori.in l.pen, ad fi.i.colum.ff.ad exhib. & Bald.l. cum Aquilia-
124 na.ff.de transact.qui dixit. Verba sunt† sicut corpus,mens sicut anima & spiritus. Vnde in eo quod verbis colligi potest mens præualet l.Gallus.§.quidam recte.ff.de lib.& posthu.secus si ad aliam mētem nulla interpretatione verba trahi possunt l, si alij ff.vsuf.leg.& l.Labeo.§.idem tributo.ff.de su
125 pel.leg. Hoc etiam patet,quia mens†& ipsa ratio legis a lege non differunt l.credendū circa prin, ff.qui pet. tu. secundum Ang.l.prætor.§.i.ff. de no.
126 oper.nunt.Et ista†mens non solum in legibus & canonibus,sed etiam in omni alia dispositione est

verbis præferenda vt est glo.notabilis in c.quanto. extra de priuileg.secundum Flori.in d.l.pen.& pro pterea dixit Bald.notabiliter l.quidam per illũ tex.
127 C.de neces seruis hær. insti. ꝙ lex† pedetentim va dit post mentem testatoris, sicut venator post lepo
128 rem: & ego † etiam dico sicut Themo gubernat nauem sic mens gubernat verba,& dispositionẽ quancũqꝫ:& in tantum mens est consideranda ꝙ
129 licet† verba in dubio sint intelligenda vt aliquid operentur l.si quando.ff.de leg.i.tamen etiam quã do nihil operarentur potius est præsumendus verisimilis intellectus:quamuis verba superfluant, quã verba sint extendenda vltra mentem disponentis, vt aliquid operentur l.Cornelius.ff.de hære.insti.et l.quæ dubitationis.ff.de reg.iur. & ita dicit Raph. Ray.in cõsi. suo iiij.in fi.quod incipit. Testator instituit A.& C.facit quod not. Floria. in l. & puto. in fi.ff.famil.ercis.Non est ergo mirum si extensio siue alia interpretatio fundatur secundum mentem disponentis extendendo, siue restringendo. Sed
130 quæro† quot modis possit accipi mẽs siue sensus? Dic tribus modis. Primo pro voluntate, quæ atten ditur in contractibus & vltimis voluntatibus, vt supra dixi. Secũdo pro ratione quæ attenditur in le gibus l.scire oportet.§.sed & si maxime.ff. de excusa.tuto.& l. milites agrum.ff.de re milit. Tertio pro euitatione enormitatis vt in Rescriptis l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& pupil.& l. nec auus.C.de emancip.lib.secundum Bal.in l.etiam circa prin.C. de iure dot. & adde quæ dicam in titu. seq. Item
131 quæro quotuplex sit mens? et dic intrinseca & extrinseca vt dixi supra in i.titu.super verbo expresso
132 in fi.Item etiam† quæro quo modo dicatẽ aliquid esse ex mente;& quis sit eius effectus? & an & qñ

propter mentem posſit fieri extenſio, vide Bald.l. Gallus.§.nunc de lege Velleia.ff.de lib. & poſthu. & quod dixi ſupra in primo titu.in diffinitione ſuper verbo expreſſo. verſic.nunquid illud ꝙ tacite ineſt vſq; ad ver.ſeptimo.& vlti.et vide quæ dicã infra in titu. Vnde poſ.eli.extenſ.vbi tractabitur de

133 ratione & mẽte. Vlterius† quæro ex quibus mẽs colligi poteſt de quibus ꝑ glo. & doct.in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.i.& Pet.de Ancha.c.Canonũ ſtatuta xxxv.colum. & doct.l. non dubium.C.de legib.& ibi Raph.ij.colum.qui ponit quatuor mo

134 dos†ex qulbus mens poteſt præſumi,primus quã do ſeruatis verbis legis contingeret abſurditas l. in ambigua.ff.de legib.& l.ſcire oportet.§. aliud.ff.de excuſ.tu. Secundus quãdo diſpoſitio legis eſſet inutilis ſecundum illum ſenſum l.ſi ſtipulatus fuero a te ff.de verbo.obli.& l.ij ff.de iuriſdi.omn.iudi. Tertius quãdo communis vſus loquendi reſiſteret verbis legis:quia recederet̃ a verbis legis.l. labeo in fi. ff.de ſupel.leg.l.vt Alphenus, & l.in vulg.ff.de ver. ſigni. Quartus quando ex præcedentibus & ſequentibus appareret d. l. ſi ſeruus plurium §. fina. Sed quia iſta proprie eſt materia interpretationis declaratiuæ,ideo dicendum erit vt pleniſsime dicã in tertio libro de interpretatione declaratiua,& vide quæ dixi ſupra in prima diffinitione ſuper verbo,expreſſo ante fi.ver.ſed poſſet dubitari. Vlti-

135 mo quæro†quæ ſunt illa quæ faciant mentem legis præſumi,ita vt poſsit fieri extenſio? & Bal.in l. omnes populi xij.colum. verſic. tertio quæro quæ ſunt illa quæ faciunt.ff.de iuſti. & iure,dicit ꝙ inter cætera eſt paritas æquitatis vel rationis,quia ſimilia iura in diuerſis terminis creditur ſuadere l. illud. ff. ad l.Aquil. Non enim videt̃ur diſcrepantia, quæ

137 in ratione conueniunt, nam†ratio est coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendentium ff. de legib. l. non possunt, & l. ideo quia eo. titu. Est etiam ratio vrgens disputatio vel audens demonstratio, vt not. in l. i. §. veteres. ff. de acqui. pos. & l. fi. ff. de offi. procur. Cæsa. Vel ratio est quidam animi motus iustum a vitijs, veraque a falsis distinguēs. Vel ratio est motus mētis in his quæ dicunt distincta l. fi. C. de indic. vidui. tol. & l. his solis. C. de re-
138 uo. dona. Aequitas vero est†rectitudo iudicij naturalē sequens rationē, vt l. i. post princ. ff. si q. testa. lib. & l. i. in princ. ff. qđ quisque iur. & l. bona fides. ff. depos. & plene dixi supra super fundamento æqui-
139 tatis circa princi. huius titu. Eadem ergo† æquitas & ratio simul iunctæ inducunt interpretationem legalem ex auctoritate d. l. non possunt, quia non refert quid ex æquipollentibus fia, tcum ratio attenditur l. fin. in fin. iuncta glo. ff. mand. Est autē
140 †æquipollētia similium rerū æqua paritas l. si mater. C. de insti. & substitu. sub cōdit. fa. Sed vbi non
141 attenditur † ratio, sed sola auctoritas voluntatis, ibi forma præscripta extensionem non recipit c. susceptum de rescri. in vi. ff. de condi. & demon. l. in testamento. Ideo statuta carentia ratione quæ sola æquitate nituntur statuentium, vt non extrahatur frumētum extra districtum l. qđ vero ratione. ff. de
142 legib. Item statuta† quem sunt contra rationē iuris non extenduntur l. qđ vero contra eod. tit. quia non debet esse mediū illud, per quod fit extensio
143 & ideo vbi†deficit ratio quæ debet esse bona & æqua l. i. ff. de iusti. & iur. non potest fieri extensio vt plene not. per Bald. d. l. omnes populi xij. colum. Et adde quæ dicam infra in titu. In quibus casibus pos. fi. ext. in q. an de similibus possit extensio fieri.

144 Quarto principaliter†fundatur extẽſio ſuper ſim plici volũtate legis vel hominis diſponẽtis vt fiat, vt probatur in omnibus iuribus allegatis ſupra in

145 i.titu.in princi. Et tunc† quando iudex ſuper hoc pronuntiat, dicitur potius declarare extenſionem eſſe faciendam, quam ꝙ ipſe extenſionem faciat, vt dixi plene in i.diffinitione ſuper verbo progreſſio.verſi. ſecundo ponitur. Quinto principaliter

146 †fundatur extenſio ſuper fauore Reip. vt probatur l.hoc modo in fi.ff.de condi. & demon. & ibi Bald.hoc nota. dicens ꝙ lex reip. vtilis eſt extendẽda & non minuenda, & ſubdit ꝙ facit ad Statuta Terrarum, vt propter pub.vtilitatem recipiant interpretationem extenſiuam, & idem not. Anto.de Butr.c.fi.§.quarto reſtat xij.colũ.extra de conſuetu. & Ang.l.ſciant cuncti.ad fi.i.col.C.de legit. hæred. & not.docto.in d.l.hoc modo. Sexto principa-

147 liter fundatur extenſio in his quæ concernunt fauorem animæ vt not.Archi.c.i.in verbo quacunq; re in fin.de ſtatu.reg.lib.vi.& Anto. de Butr.c.inter monaſterium.in fin.pen. colum.extra de re iudi. & Abb.Sicul.c.ex tenore extra qui fili.ſint legit. & de his & alijs dicam infra in tit.in quibus caſibus poſſ. fie.extenſio iij.q.de dubijs caſibus, vbi erit omnino videndum, & in q. an in fauorabilibus poſſit fieri extenſio.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa finalis dicitur cauſa effectiua & poteſt eſſe circa extenſionem, quæ fit ab homine, & quæ fit a lege.*

2 *Voluntas pro ratione ſufficit in his quæ dependent a uoluntate.*

3 Extensio quæ fit a lege potest esse multiplex.

4 Extensio fit in multis ne dispositio reddatur elusoria siue inutilis.

5 Statuta si non haberent effectum nisi extenderentur, tunc fit extensio.

6 Lex uel statutum etiam pœnale si loquitur de testamento extenditur ad codicillos, & ad aliam ultimam uoluntatem ne dispositio efficiatur elusoria.

7 Regula quæ posit tradi quando dispositio legis uel hominis esset euidenter frustratoria uel elusoria?

8 Ciuitas extēditur ad suburbia ne fiat delusio interdicto.

9 Extensio fit de disposito in sepeliente usurarios in cimiterijs ad ecclesias ex maioritate rationis.

10 Extensio fit ne detur materia circūscribendi legem uel aliam dispositionem.

11 Quæstio quottidiana de uicino qui promisit non tollere altius suas ædes aut parietem.

12 Alia quæstio de Statuto uetante ne portetur bladum ex districtum.

13 Iura loquentia generaliter debent generaliter intelligi.

14 Melius est occurrere in tempus & iura intacta seruare quam post uulneratam causam remedium quærere.

15 Fraus legi, quot modis fiat, & qualiter dicatur fieri fraus legi?

16 Extensionis causa est etiam ne sequatur absurdum, nam absurditas semper excluditur, etiam si in uerbis non exprimatur.

17 Interpretatio extensiua de uno casu ad alium habet locum etiam ratione absurditatis, & circunscriptio-

nis euitandæ.

18 *Absurditas debet semper intelligi exclusa, etiam si exclusio uerbis uideatur ommissa.*

19 *Verba legis recipiūt suppletionem ne sequatur absurdū.*

20 *Extensio fit ne sequatur absurdum etiam summendo uerba contra proprium significatum.*

21 *Absurdum quid esse dicatur.*

22 *Statuto stante ꝙ frumentum non possit portari extra districtum cum asinis, nunquid extendatur ad portantes cum plaustris uel æquis.*

23 *Absurdum non est quod ius commune concedit.*

24 *Ius cōe concedit cuique facere de re sua qđ sibi placet.*

25 *Statuto si caueatur ut non liceat ire de nocte sine lumine an liceat ire cum lumine.*

26 *Ire per uiam publicam de die & nocte est de iure cōi.*

27 *Ire ꝑ prædia urbana magis licitū est de die q̄ de nocte.*

28 *Absurditas sustineri potest quando casus fuit omissus a statuto.*

29 *Absurdum potest dici quando si seruaretur, sequeretur iniquitas.*

30 *Iniquum & absurdum ponuntur tanquam diuersa.*

31 *Iusta est causa restrictionis faciēdæ ne sequatur iniqtas.*

32 *Quod dicitur de absurdo dicendum est de inconueniēti.*

33 *Extensio fuit introducta ne sequatur iniquitas.*

34 *Extensio fuit introducta ne sequatur duricia, quia etiā ob hoc fit restrictio.*

35 *Extensio introducta est ne quis damnum indebite patiatur.*

36 *Extensio introducta est ne sequatur aliquod uitium.*

DE CAVSA FINALI SIVE EFFECTIVA EXTENSIONIS RVB.

TITVLVS iste licet prima facie videatur esse idem cum præcedenti: tamē inter se longe differunt. Ille enim loquitur de causa introducendæ extensionis, quæ potest dici causa efficiens inductiua, hic vero de † causa finali siue effectiua. Quæ causa finalis potest esse circa extensionem, quæ fit ab homine, et quæ fit a lege. Si enim consideramus extensionē quæ fit ab homine, puta, testatore, vel contrahentibus, & causa potest esse simplex voluntas, quia in his quæ † dependent a voluntate sufficit pro ratione voluntas l. quia poterat. ff. ad Trebel. Si vero loquimur † de illa quæ fit a lege, & tunc potest esse multiplex. Prima vt sequatur aliqua vtilitas, vt in simili dicitur de fictione, vt l. i. §. si vir vxori cum ibi not. ff. de acqui. pos. & not. Bar. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Nam regulariter † ne dispositio reddatur inutilis fit extensio l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verb. obli. & dixi in titu. præced. ver. vlterius quæro. Et hanc doctrinam ponit Bart. l. non dubium. C. de legib. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, dicens ꝙ extensio fit ad casum sine quo dispositio nullū sortiretur effectum, & idem dicit Anto. de Butri. c. fi. §. quarto x. fallentia extra de consuetu. qui allegat ad hoc c. si postquā de elect. in vi. & idem sequitur Dominic. c. i. in xi. fallen. de tēpo. ordi. in vi. qui adducit etiam tex. c. quoniam extra de senten. excom. & qđ not. Ioā. And. c. eos. §. clericis. ī fi. de sentētia excō. in vi. & ita vult ēt Floria. in l. pe. ff. si quad. paup. fe. dica.

5 Qui dicit ꝙ Statuta sit nõ haberẽt effectũ nisi extenderẽtur, tunc fit extensio, allegat ad quod habetur in l. si aduersus. ff. de arbi. & l. fin. C. de vsur. rei iudi. Quod est verum nisi mens disponentis aliud suadeat l. Cornelius. ff. de hære insti. vt dixi tit. præcedenti versi. tertio principaliter. Secunda causa est, ne dispositio sit delusoria vel ludibrio, vt l. fi. in fi. ff. neq. in lo. pub. & l. si prætor. in princ. ff. de iudi. & not. Bar. l. omnes populi. iij. q. vi. q. princip. ff. de iusti. & iur. facit quod not. Bal. l. cunctos populos ix. col. C. de sum. trini. & quod not. Ioan. de Imol. l. iij. in ij. colum. ij. colum. ibi, & pro tanto facile potuisset cludi dispositio illius legis. ff. de testa. Ideo si

6 lex † vel Statutum etiam pœnale loquitur de testamento extenditur ad codicillos, & ad aliam vltimã voluntatem, ne dispositio efficiatur delusoria, vt est glo. notabilis c. quãquam in fin. in verbo aliter

7 facta de vsur. lib. vi. & ibi not. per doct. Vnde † tradi potest vna regula, quando legis vel hominis dispositio esset euidenter frustratoria vel delusoria, quia de facili posset deludi, si intelligeretur tantũ in casu, in quo loquitur, tunc fiet extensio etiã ad alios casus, ne posit delusio fieri, vt probatur in d. cap. quanquã cum glo. & alijs iuribus supra allegatis, & in c. i. iuncta glo. mag. de re. diuis. lib. vi. & c. si ciuitas de sententia excom. eod. lib. Vbi interdum

8 † Ciuitas extenditur ad suburbia, ne fiat delusio interdicto ad idem c. commissa. §. porro de elect. & c. nemo deinceps. cum glo. fi. eo. lib. & hoc etiã vult Ioan. de Imol. l. si vero. §. de viro. col. ver. fallit secundo. ff. solu. ma. qui dicit ꝙ hoc modo potest in-

9 telligi Paul. in cle. i. de sepultu. vt id quod † disponitur ibi in sepeliente manifestos vsurarios in cymiterijs, extendatur ad sepeliẽtes in ecclesia, quia sub-

est eadem & maior ratio, quia ibi non fit extensio ad alias personas, sed inter easdem in casu valde similis: & in quo si non fieret extensio resultaret absurdum, quia minus puniretur peccans in ecclesia quam in Cymiterio, & quia alias de facili posset deludi opinio illius de non sepeliendo vsurarios in cymiterijs: sed in ecclesia, ideo nimirum si fit extensio, quibus adde quæ dicam in proxima causa.

10 Tertia causa † similis præcedenti est, ne detur materia circunscribendi legem, vel aliã dispositionem l. cum hi. §. sed cum his cum ibi not. per doct. ff. de trãsact. et l. magis puto. §. si pupillus. ff. de reb. eo. Quia istud non est tolerandum vt not. Alberi. de Rosa. in i. parte Statutorum q. viij. in iiij. colum. & sic ne fiat fraus legi. l. fraus & ibi Bal. ff. de legib. & l. nõ dubium cum ibi not. per doct. C. eo. titu. & no. per Pet. de Ancha. c. canonum statuta ccvij. colũ. extra de constitu. Et ne sequatur captio l. cũ Aquiliana. ff. de transact. Et ne detur materia delinquendi, vt probatur. Insti. vi bono. rap. §. sed ne dum talia excogitentur, & l. i. §. sed et siquis ibi, nam si aliter obseruetur, & ibi est gl. in verbo cat. ff. de Carb. edi. & l. scire oportet in prin. ff. de tuto. & cura, dat ab his, & l. quæ sub conditione. ff. de condi. institu. & c. cũ quid vna via de reg. iur. in vi. & c. quanto extra de priuileg. facit l. in fundo cum ibi no. ff. de rei vendi. & tex. in authen. de non alien. §. neq; illud ibi, machinationem. colla. ij. facit etiam l. Iulianus. §. mutui. ff. ad macedo. & qđ not. doct. authen. si qua mulier. C. ad Velleia. Vbi volunt, ꝙ illa auth. quæ loquitur in contractu mutui locum habeat in omni contractu. Item quia lex loquens de viro trahitur ad parentes viri: quia alias de facili fieret fraus illi authẽ. sub vmbra alterius contractus l. Senatus. C.

ad Velleia. vbi verba Velleiani loquũtur tantũ in fideiussore, tamen extenduntur quãdo mulier trãsfert in se obligationem. Et ideo† in quæstione Paduæ stante conuentione inter duos vicinos, ne murus qui erat inter ipsos posset leuari vltra tot pedes, ne tollatur eis lumen vel Sol: vnus in domo sua prope illum murum alium ædificauit vltra illos pedes ita ꝙ auferebat Solem vicino: Dixi ꝙ non poterat, quia illa constructio muri fiebat in fraudem, & per eam fieret conuentio illusoria, & per prædicta ita fuit iudicatum. Idem dicendum esset † si lex, vel Statutum diceret vt Bladum non extrahatur extra districtum cum equo, ne ciuitas fame pereat: nam habebit locum etiam in extrahente cum curru vel alio modo, quia mens prohibitionis est in omni transportatione, & intrinseca mens legis extenditur ad istum casum, ne fiat fraus legi in isto casu: de quo si statuentes fuissent interogati ita respondissent argu. glo. notabilis l. tale pactũ. §. fin. ff. de pact. & illud quod est expressum in equo videtur potius dictum causa exempli: & sic nõ est proprie extensio, vt dixi supra i. tit. super verbo de dispositiuo. Sed aduerte q̃ Ant. de Rosel. in l. si vero §. de viro. ff. solu. matri. xij. fallen. in princi. & in fin. intelligit prædicta quando casus omissus fuit, & in consuetudinem venit, in legis vel dispositionis elusionem vel fraudẽ, quia de facili secundũ cõsuetudinẽ loci fieret fraus legi non facta extensione ad aliũ casum ommissum habentem identitatẽ rationis, in dubio autẽ non crederet hanc extensionẽ fieri debere ex eo solo ꝙ fraus possit fieri ad quãcunq; dispositionem, nisi constet de cõmuni vsu & fraude. Ego autem teneo ꝙ nimium restringat prædicta, quia iura† superius allegata loquũtur generaliter, ideo ge

neraliter debent intelligi l.i.§.generaliter.ff. de ali. præst.& l.in fraudem.§.i.ff.de testa.mili. Non enim opus est q prius fiat fraus,& illa deducatur in con suetudinē antequam fiat extensio, quia melius est
14 †occurrere in tempus,& iura intacta seruare, quā post vulneratam causam remedium quærere l. fin. C.in quib.ca.in integ.resti.non est neces.& facit qđ not.docto.l.i.C.vnde vi.& l.vt vim.ff. de iusti, & iur,in illa q. an quis debeat expectare q prius percutiatur,antequam percutiat insultantem. Nec etiā est necesse docere,q ante prohibitionem vel dispo sitionem fuerit consuetum talia fieri per quæ posset eludi,si non fieret extensio:posset enim lex in tali casu nouo disponere,vt circumscripta omni con suetudine,quæ nulla fuisset,fieri posset fraus vel elu sio legi,quo casu etiā procedunt prædicta, vt patet in exemplo, quod posui de illo, qui promisit non
15 eleuare murum communē. Quot†autem modis & qualiter dicat fieri fraus legi vide tex.in l. fraus, & ibi Bal.ff.de legib.& tex.l. contra. & ibi plene Bar.eo ti.& glo.ordi.in c.quanto & ibi doct.extra de priuileg.& aliam glo. simil.xiiij.q.iij.c. plerique & plene per Ioan.Monaci.c.auaritiæ de elect.in vi. & late per Bal.& alios.in l.non dubium.C.de legi.
16 & Bal.c.beneficiū in titu. si de feud.fu. controuers. Quarta causa†est ne sequatur absurdum, nam absurditas semper excluditur, etiam si in verbis non exprimatur.ff.de neg.gest.l.Pomponius. & l. aliud §.absurdū.ff.de regu.iur.& l. nam absurdum. ff. de bo.lib.et ita vult Alberi.de Rosa.in suo opere statu torum in i.parte q.viij.pro quo facit l.ita vulneratus ver. q siquis absurde ff.ad l.Aquil.institu.de re. diui.§.partis.& quod not.l.diuortio in prin.ff.solu. matri.& est tex.cum glo.xxxi. q.i. q si dormierit,

& facit c.clericos in fin.extra de offic.Vicari.& de offic.Archid.cap. cum satis sit absurdum. & Ideo dicit Petrus de Anchara.in repetitio. cap.canonum

17 statuta. de constitutio. ꝙ interpretatio † extensiua de vno casu ad alium habet locum .etiam ratione absurditatis & circunscriptionis euitandæ:absurdi-

18 tas enim † debet semper intelligi exclusa, etiam si exclusio verbis videatur omissa l. scire oportet.§. aliud.ff.de excusa. tuto.& l. consulta Diualia.C.de testa.Similiter & circunscriptio quæ sub specie legis sæpe crimen inuoluit l. fraus, & l.contra.ff.de legib.de qua dixi in præceden. cap.& in l. si duo.§. aut prætor in secunda colum. ff. de constitu. pecu.

19 & ibi Paul. de Cast. qui dicit, ꝙ verba † legis recipiunt suppletionẽ ne sequatur absurdum per il-

20 lum text. Et ista † extensio fit ne sequatur absurdum etiam summendo verba contra propriũ significatum, quia istud videtur esse de mente disponentis vt dicit Bar. l. omnes populi in iij. quæstio.vi.quæst. principalis ver. Iuxta præmissa quæro in fin.ff. de iusti. & iur. Similiter etiam lex restringitur ne sequatur absurditas l.furti.§. pactus.ff. de his qui notan. infamia, & ibi hoc not. Bartol. & dicta l. scire oportet.§. aliud & l. quæsitum.ff. de testibus cum simili. supra ad hoc allegatis.

21 Quid autem sit † absurdum? dic regulariter omne id,quod est contra ius commune, non autem id quod est secundum ius commune, licet non sit se-

22 cundum formam Statuti, exemplum,dicit † Statutum ꝙ frumentum non posit portari extra districtum cum Asinis:nunquid extendetur ad portantes cum plaustro vel equis? dic ꝙ non, respectu ab

23 surdi,quia illud non † est absurdum, quod ius commune concedit, vt in prima constitutione C. §.

quibus

quibus, sed ius†commune concedit cuilibet facere de re sua, quod sibi placet.ff.si seruit. ven.l.sicuti.§.Aristo.& C. manda.l. in re mandata.ff. de 25 damn.infecto.l.Proculus. Idem si Statuto † cauetur vt non liceat ire de nocte cum lumine,quia licet videatur multo fortius intelligendum sine lumine vt absurditas euitetur, tamen non est verum, quia non est absurdum quod ius commu- 26 ne concedit. Sed ire† per viam publicam de die & nocte est de iure communi vt l.prima ff. de lo. 27 & iti. publi. Licet per † prædia vrbana sit magis licitum ire de die, quam de nocte vt est text. cum gloss.fina.& ibi Floria.ff.commu.prædi. Et licet dicatur de se non esse absurdum de iure communi, tamen respectu eius quod in casu statuti est comprehensum videtur absurdum. Responde- 28 ri potest, quod talis † absurditas substineri possit, quia talis casus fuit omissus a statuto l. prospexit.ff.qui & a quib.& ꝙ alias durum est substinetur l. qui eleganter.§.siquis.ff.de conditio.indebi.& hoc vult Alberic. de Rosa. in suo opere statutorum in prima parte viij.quæstio.in v.colum. facit optime quod not. Angel.in l.Gallus in prin- 29 cip. ff. de libe. & posthu. Item absurdum † potest dici: quando si seruaretur, sequeretur iniquitas argu.l. scire oportet.§.& si maxime.ff.de ex- 30 cusa.tuto.Ponuntur tamen†tanquam diuersa inter se iniquum & absurdum vt probatur in l. neque infantes in princi.cum gloss. in verbo & iniquum,quæ dicit secundum Marti. non solum absurdum. ff. de fideicom. liber. quæ sentit ꝙ plus sit iniquum quam absurdum, quibus adde quæ dicam infra in titu.proximo vbi etiam tractabo

31 de absurdo. Similiter † est iusta causa restrictionis faciendæ ne sequatur iniquitas vt not. Bald. l.in testamento xi.quæstio.C. de testa. milit. Et id
32 † quod dictum est de absurdo dicendum est de inconuenienti vt not. Bald. dicta l.in testamento
33 x.quæstio. Quinta causa† est quare fuit introducta extensio, ne sequatur iniquitas vt dicto.§.& si maxime, de quo dic vt dicam infra in titu. primo vbi etiam ponetur de æquitate & iniquitate.
34 Sexta causa† est ne sequatur duritia, quia etiam ob hoc fit restrictio, vt not.Ang.l.illud.ff.de petit. hære.& Bald.d.l.in testamento xi. quæstio. argu. l. cum tale versi. sed displicuit.ff. de conditio. &
35 demonstratio.cum simili. Septima causa † est ne quis damnum indebite patiatur l.secunda & ibi not.C.de noxa.& l.fina.C.in quib.ca.in integ.re
36 stitutio.non est neces. Octaua causa† est ne sequatur aliquod vitium l.in ambigua.ff.de legib.et habetur xxxi.quæstio.i.in glo.& Petr. de Ancha. in repetitio.cap.canonum statuta in xxxv.colum.in princi.extra de constitutio.

SVMMARIVM.

1 *Extensio ex multis elici potest.*
2 *Extensio elici potest ab æquitate.*
3 *Actio uel exceptio licet de iure non competat, tamen utilis actio uel exceptio danda est, ubi suggerit æquitas.*
4 *Aequitas sicut prodest agenti, ita etiam excipientem tuetur.*

5 Aequitas ubi est eadem ibi regulariter debet esse idem ius.

6 Iniquitas si surgeret si legem uel aliam dispositionem intelligeremus prout iacet, facienda est extensio ut cesset iniqtas.

7 Ius canonicum ubi & quando amplectatur æquitatem uel rigorem?

8 Iudex cum tenetur pronuntiare de æquitate, intelligendum est de scripta & approbata.

9 Arbitrium si detur iudici ut poßit attenta æquitate & commisso rigore procedere, poterit procedere summarie et de plano.

10 Iudex nō potest procedere cōtra factum legis ex sui capitis æquitate.

11 Iudex nō potest disponere regulariter contra naturalem æquitatem.

12 Aequitas naturalis fuit ab eterno, quo ad usum a tempore rationalis creaturæ.

13 Lex ualet cōtra naturalem æquitatem: & tunc sufficit dicere ita scriptum est.

14 Extēsio elicitur a ratione quæ ratio pōt esse triplex.

15 Non differt an aliquid scriptura uel ratione consistat.

16 Ratio legis est lex & non uerba.

17 Statutū habens rationē expressam in uno casu extenditur ad alium.

18 Ratio legis ubi cessat ipsa lex.

19 Lex uel canon quando sit, quod non debent seruari in foro animæ nec iudiciali?

20 In correctorijs regulariter ex identitate, uel maiori

tate rationis non fit extensio.

21 Limitatur hæc regula in correctorijs.

22 Statutum quòd extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant usque ad quem gradum debeat extendi?

23 Statutum ciuitatis Florentiæ quòd mater non succedat filijs extantibus agnatis usque ad tertium gradum an extendatur ad auum maternum?

24 Constitutio exorbitans a iure communi non extenditur ad illa, quæ possunt includi etiam sub ratione in l. expressa, nunquid alias & quomodo extendatur?

25 Ratio quando est maior dicto, dictum extenditur secundum rationem.

26 Dictum ampliatur per rationem ampliorem dicto & quomodo?

27 Statutum quomodo extendatur quando ius corrigens in uerbis rationis latius loquitur, quã in uerbis statuti?

28 Statuta aliqua ponunt uerba latiora in proœmijs.

29 Testator prohibuit alienationem rerum suarum fieri per filium usque ad xxv. annos subijciẽs rationem quia uolebat illas res perpetuo remanere apud filios & nepotes, an sint prohibitæ alienationes etiam post xxv. annum & tanto tempore quanto uiuent filij et nepotes.

30 Ratio quando est generalior dicto conuenientius est ut dictũ amplietur quàm ut dictum tollat rationẽ.

31 Voluntas disponentis magis consistit in ratione, quàm in uerbis dispositiuis.

32 *Ratio si est minor dicto, dictum remanet & non restringitur.*

33 *Ratio statuti licet sit strictior quã dispositio non tamẽ debet fieri restrictio dispositionis ad limites rationis.*

34 *Ad considerandum uirtutes legis non attendimus quæsitum sed responsionem legislatoris.*

35 *Lex uel statutum loquens in recto casu specifice, & ponens rationem generalẽ, si sit exorbitãs a iure cõmuni non ratio sed dispositum in spetie tantũ attẽdi debet.*

36 *De statuto disponente q̃ extantibus filijs masculis filiæ fœmine non succedant.*

37 *Lex uel alia dispositio loquens indefinite seu generaliter, & ponens rationẽ specialem facit q̃ dispositum indefinite restringatur per rationem.*

38 *Ratio dicti restringẽs dictum quomodo intelligatur.*

39 *Ratio limitat & regulam & dictum.*

40 *Illud quod dicitur, dictum determinatur secundũ suam causam, quomodo intelligatur?*

41 *Quæ dicta sunt de ratione expressa locum habẽt etiã ubi in uerbis ratio non est expressa, sed una tantũ ratio motiua legis uel dispositionis potest considerari.*

VNDE ELICI POSSIT EXTENSIO RVB.

1 POTEST ex multis elici extensio & in primis ex omnibus his, super quibus fundatur extensio, vt plene dictum est supra tit. ij. & sequendo ordinem ibi positum dicendum est pri-

2 mo extenſionem † elici poſſe ab æquitate vt l.in his primo reſponſo.ff.de condi. & demonſtratio. & ſentit glo.notabilis in authen. vt ſine prohibi. ma.debit.& credit.in princi.De qua plene dixi in præallegato titu.ij.circa princi.& probatur optime in l. diuus in princi.ff. de in integ. reſtitu. vbi ſcribitur in hæc verba, & ſi nihil facile mutandũ eſt ex ſolemnibus, tamẽ vbi euidẽs æquitas poſſit,ſubueniendum eſt, & idem text.in l. & ſi nihil in antepen.charta.ff.de regu. iur. Et propterea

3 vbi æquitas ſuggerit actionem vel exceptionem dari,licet actio vel exceptio de iure non competat,tamen vtilis actio vel exceptio danda eſt, vt eſt tex.cum glo.in l.quotiens.ff.de præſcri. verb. & habetur per glo.& docto.in l.ſi vero.§.de vi-

4 ro.ff. ſolu. matrimo. Et ſicut † æquitas prodeſt agenti,ita etiam excipientem tuetur vt probatur l.iij.& ibi not.Bald.C.de bo.au. iudi.poſ.Et ideo

5 † vbi eſt eadem æquitas, ibi dicitur debet eſſe idẽ ius tex.eſt cum glo.in l.fin.C.de conſtitu.pecu.&

6 habetur in l.illud in fin.ff.ad l. Aquil. Vnde ſi † iniquitas ſurgeret ſi legem vel aliam diſpoſitionem intelligeremus prout iacet, eſt facienda extenſio vt ceſſet illa iniquitas,quod probatur l.ſcire oportet.§.& ſi maxime in fin. ff. de excuſatio.tuto.

7 Aduerte tamen † ꝙ ius canonicum inquantum eſt fori pœnitẽtialis ſemper amplectitur æquitatẽ,ſed in quantum eſt fori contentioſi amplectitur rigorem, quando non detegitur euidens peccatum vnde agentẽ poſſeſſorio admittit,licet ſit prædo. cap. in literis in fin. extra de reſtitu. ſpolia. quia non admittit ad diſcutiendum hoc,ſi eſt prædo cap.primo eod.titu.& l.ſiquis a ſe.C. ad leg. iul.

de vi:sed si constaret eum esse prædonem bene repelletur, quia iam detectum esset peccatum c. literas de restitu.spolia.cap.fin.de præscrip.& cap. possessor.de regu. iur. in vi. & ita vult Anto. de Butr.d.capi. in literis v. colum. in fine ij. opposi.

8 Cum autem† iudex tenetur pronuntiare de æquitate intelligendum est descripta & approbata secundum Bald. in l.prima per illum text. ff. de iusti. & iur. Et si datur† arbitrium iudici vt possit
9 attenta æquitate, & omisso rigore procedere, poterit præcedere summarie & de plano secundum Iacob.Butr.l.properandum in fin. C. de iudi. & Bald.l.obseruare.§.proficisci.ff. de offic. procon-
10 sul.non tamen† Iudex potest contra factum legis ex sui capitis æquitate.ff.quæ senten.sine appella.resc.l.i.§.item cum contra sacras,vt dicit Bald. in l. fin.§.cum igitur iij.colum.versi.& scias ꝙ Nicol. Math. C.de iure delib.facit capitu.ne initaris extra de constitu.et quod plenissime dixi supra tit.ij.
11 in vij.quæstio. Sed contra † naturalem æquitatem regulariter Iudex disponere non potest prima distinctio.ius naturale.& §. singulorum insti. de re.diuisio. & l. quotiens & l. Marcellus. ff. de regu. iur.Imo illa est sequenda vt dixi in d. titu.ij.
12 in v.quæstio. Quæ quidē† æquitas naturalis fuit ab æterno quo ad vsum,a tempore rationalis creaturæ vt est glo. singu.v.distin. in princi. in verbo
13 cœpi.Licet lex contra† naturalem æquitatem valeat,& tunc sufficit dicere ita scriptum est,vt est gloss.notabilis prima distinct.ius naturale in glo. prima.Hoc tamen intelligo quando aliqua ratio saltem suadens iuuat legem vt ibi sentit glo. Item intelligo quando nō nutrit peccatum de consue-

tudi.cap.fin.& de præf.c.c.fin. & facit quod not. Innocen.in cap.quæ in ecclesiarum extra de constitu.& dixi supra in versi.aduerte tamen. Cætera circa materiam æquitatis vide quæ plenissime dixi supra titu.ij. in primo fundamento extensio-

14 nis. Secundo elicit† potest extensio a ratione, quæ ratio potest esse triplex, vna expressa, alia tacita, tertia præsumpta. Expressa dicitur illa, q̃ verbis exprimitur, & licet per eam dicatur fieri extensio, vt dicunt sæpe docto.& maxime do.Paul. de Cast.l.quamuis in fin.C.de fideicõ. tamẽ illud est largo modo, quia ꝓprie nõ est extẽsio, sed cõprehẽsio, vt plene dixi supra in i.tit. in verbo expresso, vbi ẽt declaraui quid dicatur esse expressum. De qua ratione expressa ita concludas, Aut ratio expressa est maior ipsa dispositione, aut minor, aut similis, aut dissimilis. Si est maior ratio tunc fit extẽsio ẽt vltra casum aperte in verbis dispositũ ad casum, qui sub rõne cõprehenditur, quia stãdo rationi, & eam sequendo non per hoc receditur a verbis, cum sit ratio in lege, vel Statuto scripta, vt probatur in l.i.C.quæ sit long. conf. & ita intellexit illum tex. Albe.de Rosa.in opere Statutorũ viij.q.in ij.col.& probatur i.dist. cõsuetudo,

15 vbi dicitur † non differt an aliquid scriptura vel ratione cõsistat, q̃m legẽ ẽt & ipsa ratio commẽdat facit c.vbi periculũ de elect.in vi. & quod ibi not. Domini. dicens non minus esse licitum arguere a ratione legis, q̃ ab ipsa lege, Et huius po

16 test assignari ratio, quia ratio † legis est lex & nõ verba i.q.i.Marchion & Basylides, & l.cum mulier.ff.solu.ma.& ibi Raph. qui colligit ex illa

17 l.ꝙ Statutum habens† rationẽ expressam in vno

casu extenditur ad aliū, & idem Paul.l. quamuis. C.de fideicom.& in cōsi. suo cccxxxiij. Vbi eleganter loquitur in hac materia, & dixi supra in i. tit.in verbo expresso.& in ij.titu.in ij. fundamento prin.circa fi.in quibus locis dedi plures remissiones, vnde † vbi cessat ratio legis cessat ipsa lex
18 l. cum pater.§.dulcissimis. de leg.ij. & l. ex facto. primo responso de vulg.& pu.& habetur in c. fi. ff.de reg.iur.in vi.facit xvi.q.i. generaliter cū glo. & c.suggestum in fi.extra de appel. & quod eleganter not.Abb.Sicul.c. quia plerique in xiij. qō.
19 extra de immunit.eccles.Vbi dicit † ꝙ quando lex vel Canon loquitur & non inducit præsumptionem Iuris & de iure, sed simpliciter statuit, & causa est expressa in lege, & potest probari illam causam nō extitisse in casu occurrenti, tunc nō debet seruari illa constitutio nec in foro animæ, nec iudiciali, quia ratio legis est lex non verba vt dixi. Et
20 ideo licet † regulariter ex identitate vel maioritate rationis non fiat extensio in correctorijs vt per glo.& doct.in authen.quas actiones.C.de sacro eccle.& Bar.in l.si constante in prin.vij.q.primæ q.princi.ff.solu.ma.& Anto. de But. & doct.in c. fi.extra de consuetudi.& Dominic.in c.i.de tēpo.
21 ordi.in vi. Tamen † hoc limitatur quando in ipsa lege esset expresse scripta ratio ipsius legis motiua, quia tunc per illam rationē lex extenderetur ad casus, in quibus haberet locum illa ratio etiam si induceretur legum correctio, vt est glo. notabilis in clem.i.in verbo eligatur, quā sequuntur ibi doct. & Bal.& Paul.in d.authē.quas actiones, & doc. l.si vero.§.de viro.ff.solu.ma.de quo dicam infra in titu.in quibus cas.non potest fieri extensio in q.

de correctorijs. Intelligo tamen prædicta vt fiat extensio a maioritate rationis expressa in lege, in quantum extenditur illa ratio si est specialis. Exẽ 32 plũ Statutum dicit:† volentes seruare bona in familia agnatorũ vsq; ad quartũ gradum sancimus q extãtibus masculis filiæ fœmine non succedãt, certe tale Statutum licet loquatur de filijs & filiabus tantum, deberet extendi ad masculos & fœminas vsque ad quartũ gradum, quia ibi quo ad fœminas vlteriores puta neptes & proneptes vel vlteriores est maior ratio, quia si filius masculus excludit filiam testatoris, multo magis debet excludere alias fœminas vlteriores arg. l. si viua matre circa princi. ibi in hoc casu deteriores &c. C. de bon. mat. pro hoc facit quod not. Bar. in l ij. §. sed videndum ante fi. i. col. ff. ad Tertul. & l. liberorũ. ff. de verb. signi. & quod plenissime not. Alberi. de Rosa. in opere Statutorum ij. parte q. cxiij. & quod not. Bal. in l. fi. in si. C. de verb. signi. & l. ij. §. si duo. ff. de legit. tuto. & authen. si quas ruinas. in fi. C. de sacro. eccle. & l. maximum vitium. C. de lib. præt. & l. qui in potestate in fin. C. de in ius voc. & l. quod vero contra. ff. de legib. & l. si defunctus. C. de legit. hær. & quod not. Ang. in cõsi. cclxxxviij. & in disputatione sua inci. nobilis quidam genere. & Paul. de Cast. in consi. clxxxi. incipi. in Christi nomine amen. In causa quæ vertitur coram domino vicario ij. dubio principali, Et similiter. Statutũ licet loquatur de filio masculo simpliciter, tamẽ ꝑpter rationẽ prædictã Statutũ haberet ẽt locũ in nepote vel alio agnato vsq; ad quartum gradum qui excludet filiam & alias fœminas vlteriores per prædicta. quod potest etiã

23 poni aliud exẽplũ videlicet Statuto†Ciuitatis Florentiæ cauetur ꝙ mater non succedat filijs extantibus agnatis vsque ad tertiũ gradũ,quid de Auo materno,si respicis verba solum excludũt matrẽ: de admittendis autẽ agnatis nihil disponere videtur,de qua quæstione vide plene Bart. d.l.ij.§.sed videndũ & l.cum emancipati.§ si duo.ff. de collatio.bono.& l.i.§.filium.ff.de bono.pos.contra tabul.& idem in simili not.Bal.l.peto. in princi. de leg.ij.& l.filiofamil.ff.de condi.& demõ.& latius Bal.l.si defunctus.C. de suis & legit. & l. illã ver. sed pone. Statutum dicit.C.de colla. vbi aliter dicit.& eundem l. siquis filium.C.de inoffic. testa. & l. maximum vitium.C.de lib. præt.& l. quod vero.contra.ff.de legib.facit quod idem no.l.vt liberis.C.de collatio & l.si cum dotem in fi. prin. ff.solu.matrimo.& Angel.in consil.incip. In Dei nomine totum Statutum. & Petr. de Anchar.in cap. primo extra de constitu. & Paul. in consil. cccxliij. Contra prædicta videtur facere textus cum glo.i.in c.institutio de electio.lib.vi.vbi glo. expresse vult secundũ Dominic.ibi,ꝙ constitutio 24 †exorbitans a iure communi non extendatur ad illa quæ possunt includi etiam sub ratione in l. expressa, sed tantum ad illa quæ possent includi sub verbis in lege expresis, quando alia ratio quam expressa suadet constitutionem non intelligi generaliter vt sonat ratio in l. expressa. Sed pro clariori & perfecta decisione,& vt tollantur omnes dubitationes,distingo quatuor casus principales,Primus est quando lex vel alia dispositio indefinite seu generaliter loquitur, & ponit rationem generalem, & tunc aut alia ratio quam

expressa suadet quod non extendatur ad omnia comprehensa sub illa ratione, & non extenditur vt vult gloss. in dicto cap. constitutio, & facit gloss. in clemen. prima de electio. Aut nulla ratio est quæ suadeat oppositum, & tunc extenditur ad comprehensa sub ratione, & ita intelligatur gloss. in d. clemen. prima in verbo eligatur, & ita tenet Ioan. de Imol. & Dominic. d. cap. constitutio. Secundus casus est quando lex, vel alia dispositio loquitur specifice in aliquo casu & ponit rationem specialem, & in hoc distingue aut Ratio est maior dicto, aut minor, aut æqualis:
25 Si est† maior dictum extenditur secundum rationem argu. l. cum pater. §. dulcissimis de lega. secundo & l. hæc actio cum ibi not. ff. de calumniato. & l. Pamphilo. in princi. ff. de leg. ij. & not. Bartol. l. pater. §. fundum. eodem titu. qui dicit
26 †ꝙ dictum ampliatur per rationem ampliorem dicto, si verba proferuntur per modum rationis, secus si verba sunt enuntiatiua & prolata per modum cuiusdam futuri euentus, quia tunc non non ampliant dictum, ex quo non disponunt vt dicto §. fundum & l. Iulianus. §. ex his eodem titu. & l. generali. in princi. ff. de vsuf. leg. & ita procedant ea quæ dixi supra in vers. intellige tamen prædicta, cum duobus exemplis ibi positis, & hoc procedit etiam in correctorijs secundum Anton. de Butri. & Ioan. de Imol. in clemen. prima iiij. colum. de electio. qui dicunt per glo. ibi in ver
27 bo homines, ꝙ quando ius corrigens† in verbis rationis latius loquitur quam in verbis Statuti, aut dispositionis Statutum extenditur ad id quod potest comprehendi ex verbis rationis, & sic Sta

tatum ex identitate rationis scriptæ extenditur dum tamen nō extendantur verba rationis, quan tuncunque extendantur verba Statuti aut dispo sitionis, quæ verba sunt notabilia secundum eos,
28 ꝓpter statuta† quæ ponunt verba latiora in procœ mijs, quam postea in Statuto l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fac. ignoran. de quo ponam infra in titu. an ex procœmio elici posit extensio. Et per doctrinam Bartol. in dicto. §. fundum de leg. ij.
29 consuluit Rapha. ꝙ si testator† prohibuit aliena tionem rerum suarum fieri per filium vsque ad xx. annos, & subiecit rationem, quia volebat il- las res perpetuo remanere apud filios & nepo- tes suos, ꝙ sint prohibitæ alienationes etiam post xxv. annos & tanto tempore, quanto viuent filij & nepotes. Sed Rapha. Fulgo. in l. cum hi. in princip. ff. de transactio, dicit se noluisse consu- lere, quia res videbatur sibi valde dubia: Testa- tor enim prohibuit vsque ad illam ætatem, quia reputabat filium in illa ætate non ex causa alie- nare, sed post illam ætatem non alienaret sine cau sa, vt ipse testator fecisset: dicit tamen ꝙ in iudi- cando esset valde perplexus cum magna sit au- ctoritas Bartol. Sed ego teneo opinionem Bar- tol. & Raphael. Cumani per prædicta, & addu- co aliam rationem nam cum dictum sit spetiali- ter de xxv. annis & de filio simpliciter, & ratio sit etiam spetialis vsque ad filios & nepotes, &
30 ista simul stare non posint, & ratio sit† gene ralior dicto, conuenientius est, vt dictum am- plietur per rationem vt dixi, quam vt dictum
31 tollat rationem, ex quo † voluntas disponentis magis consistat in ratione, quam in alijs verbis

dispositiuis, vt prima distinct. cap. consuetudo, & l.prima.C.quæ sit long.consuetu.cum alijs si-
32 milibus supra allegatis. Si vero † minor sit ratio quam dictum, tunc remanet dictum, nec restringitur per rationem probatur in capitu. quorundam.§.circa religiosos. de electio.& ibi hoc not.
33 Dominic. qui dicit per illam gloss. quod licet † ratio Statuti sit strictior quam dispositio, non tamen debet fieri restrictio dispositionis ad limites rationis, pro hoc facit quod not.idem Domi. secundum Ioan.And.cap.ex eo. in princi. ad fin.
34 primæ col.eodem titu.de electio.vbi dicit † q ad considerandũ virtutes legis non attendimus quæsitum, sed responsionem legislatoris, & si amplior est responsio, quam quæsitum extenditur lex ad contenta super responsione, facit qđ ibi not.glos. super verbo, suffragio. Si vero ratio est æqualis dicto, tunc standum est dicto & rationi ex quo ad idem tendunt, & istud non habet dubium.
35 Tertius casus † principalis est quando lex vel statutum loquitur in certo casu specifice, & ponit rationem generalem & tunc non debet attendi ratio, sed tantũ dispositũ in specie si lex est exorbitans a iure communi argu. eorum quæ not. in authen.quas actiones.C.de sacrosan.eccle. secundum Ioan.& Imol.in d.cap. constitutio. de elect. in vi. quem sequitur ibi Dominicus, qui dicit, q isto vltimo casu posset intelligi glos. in clemẽ.auditor sup verbo Romana curia de rescriptis, quæ vult vt illa clemẽ.tanquam exorbitans non extẽdatur ad Auditorem datum extra curiam, cum ratio ibi expressa fortius concludat in dicto extra
36 curiam, quam in curia. Vnde propter hoc † dico

si statutum diceret, quia intendimus fauere Agnatis & bona in agnatos conseruare, propterea statuimus, vt extantibus filijs masculis, filiæ fœminæ non succedant, tale Statutum non extenderetur ad fratres defuncti, vel filios fratris, licet de familia sint agnati defuncti, & possent comprehendi sub ratione generali Statuti, quia illa ratio generalis restringitur ad casum tantum dispositum, nec extenditur ad alios ex parte agnatorum, & idem dicas in similibus, & si aliter diceremus sequeretur ꝙ Statuentes voluissent omnes agnatos vsque ad decimũ gradum præferri fœminis, iuxta ea quæ habentur per glo. fi. insti. de succes. cogna. §. fi. & per gloss. in auth. in successione. C. de suis & legit. & per docto. in l. certum. C. vnde cog na. Quod esset absurdum ex quo statutum disponit in alijs tantum in specie ipsum intelligere corrigendo ius commune in omnibus agnatis per ea quæ habentur per glo. & docto. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe. & per docto. in l. ij. C. de noxalib. & per glo. in authen. de hæ re. quæ ab intesta. def. in princip. cum simi. Quod bene nota, quia posset de facto occurrere. Quar-

37 tus & vltimus † casus principalis est econtra. videlicet quando lex vel alia dispositio loquitur indefinite, seu generaliter, et ponit rationem spetialem & tunc dispositum indefinite restringitur per rationem, & isto modo intelligi debet quod dici-

38 tur: Ratio dicti † restringit dictum l. cum pater. §. dulcissimis de leg. ij. & l. quod dictum. ff. de pact.

39 quæ allegatur, ꝙ ratio limitat † & regulã & dictum. Simile dicitur de causa quæ declarat suum

40 causatum seu, dictum † determinatur secundum

suam causam l.ita tamen in princi. & ibi hoc not. Bartol. & alij docto. ff.de admini. tuto. & habe 41 tur per doct.in l.i.ff.solu.matri.Et quæ†dicta sunt de ratione expressa locum habent etiam vbi in verbis ratio non est expressa, sed vna tantum ratio motiua legis, vel dispositionis potest conside rari,quia illa habetur pro expressa, vt est glo.not. in l.quamuis. C.de fideicom.

FINIS.

AVREVS

VTILISSIMVS, ET CVNCTIS IN FORO VERSANTIBVS PERNECESSARIVS TRACTATVS EXTENSIOnis ex Vtroq; iure elucubratus per celeberrimum I. V. Doct. D.Matthęũ Mathesil. Bononiensem.

1 *Iura correctoria non debent extendi per identitatem, uel per maioritatem rationis, fallit quando finalis ratio decidendi est expressa in textu, secus quando ratio impulsiua sit expressa quia per illam non potest fieri extensio.*

2 *Pœnalis textus non correctiuus non potest extendi ad casum similem, in quo habet loco ratio impulsiua, sicut in casu expresso in tęxtu, & multo minus extendetur ius correctorium.*

3 *Antiquum ius ubi ponit unam regulam ea etiã trahitur ad iura noua correctoria iurium ueterum.*

4 *Minori si per legem nouam interdicatur bonorum immobilium alienatio intelligitur etiã interdicta datio usurarum, uel pignus, uel emphyteuticus contractus.*

5 Lex noua corrigens iura uetera disponentia matrem & Auiam esse tutrices, habet & locum in Proauia & ab Auia.

6 Auiæ appellatione ueniunt etiam aliæ personæ, quibus solet accidere pro, uel ab.

7 Nepotis appellatione continetur pronepos, & similiter Nurus et socrus appellatione pronurus, & pro socrus uenit.

8 Ius nouum correctorium loquens in uno casu, intelligitur loqui etiam in reliquo, quando a iure antiquo duo casus sunt æquiparati in omnibus & per omnia quo ad effectum circa materiam illam de qua agitur.

9 Testamentum condere si a lege noua minori duodecim ann s, uel mulieri concedatur, extēditur etiam ad codicillos.

10 Episcopus solus, si per ius nouum poßit degradare subdiaconum, hoc habebit etiam locum in diacono, qui non est præsbyter, quia diaconus & subdiaconus in omnibus æquiparantur.

11 Differentia aliqualis in subtilitate non facit, quo minus duo dicantur in omnibus æquiparata.

12 Filius & seruus in materia actionis serui corrupti parificantur.

13 Testamentum & codicilli, quibus casibus parificentur, ut ius nouum in uno disponens habeat locum & in alio?

14 Aequiparati si sint duo casus in aliquibus, sed non per omnia quo ad effectum circa materiam de qua agi-

tur, ius nouum correctorium disponens de uno non habet locum in reliquo.

15 Intellectus legis finalis. C. de sacrosan. eccle.

16 Præscriptio x. xx. uel xxx. anno. non currit contra ecclesiam, & an contra ciuitates?

17 Ecclesiam parochialem habens, & habens dignitatem licet in multis parificentur, tamen ius imponens pœnam ipso iure loquens in uno non trahitur ad reliquum, & multo minus trahitur ius correctorium.

18 Ius nouum correctorium loquens de electione uel postulatione an habeat locum in prouisione?

19 Intellectus capitu. si postquam in fine de electio. in sexto.

20 Intellectus c. fi. de electio in vi.

21 Casus uerus & fictus ubi sunt in omnibus parificati a legi noua correctoria, uel alio modo exorbitans uel odiosa lex loquens in casu uero habebit locum et in ficto.

22 Extensio fit etiam in materia correctoria & pœnali quando non est expressa ratio in lege, tamen ea non non potest esse nisi unica.

23 Extensio etiam in correctorijs fit ubi tractatur de periculo animæ.

24 Extensio legis odiosæ fit ubi agitur de puniendo delicto ad commodum reipub.

25 Limitatiua iura an posint extendi?

26 Ecclesiæ funguntur iure minorum.

27 Sententia lata contra minorem ex falsa causa sicut est ipso iure nulla, ita sententia lata contra ecclesiam.

42 L.hæc conditio la picciola.ff. de conditio. & demonstra.an poßit extendi ad contractum factum sub conditione potestatiua?

43 L.si quis filiũ et l.pe.C.de inoffi.testa.quæ uolũt,q; cõtra querelã inofficiosi testamenti præscribatur quinquennio, an debeat extẽdi ad ius agendi ad supplementum legitimæ?

44 Regula Catoniana an debeat extẽdi per eãdẽ rationẽ?

45 Pœnalia iura extenduntur in illis casibus, in quibus & correctoria.

46 Excommunicationis pœna plectuntur sepellientes excommunicatos, uel usurarios manifestos in ecclesijs, uel in earum cimiterijs.

47 Sepelliri in ecclesia est maior honor, quã in cimiterio.

48 Cimiterij appellatione an ueniat ecclesia?

49 Clericum percutiens est excommunicatus ipso iure,& an id procedat si clericus se ipsum percusserit?

50 Pœnalia iura,ipso iure pœnam imponentia non extenduntur,nisi alias prouisio legis efficiatur delusoria.

51 Intellectus c.quanquam de usur.in vi.

52 Pœnalia iura irrationabilia non extenduntur.

53 Pœnalia iura rationabilia pro delicto affirmatiuo per eãdem rationẽ, uel de similibus ad similia extẽdũtur.

54 Pœnalia iura pro de icto negatiuo non extenduntur.

55 Delicta quæ fiunt omittendo leuiora sunt ijs,quæ fiunt faciendo illicitum.

56 Iura punientia filium,qui facit citari parentem in iuditium sine uenia,an extendantur ad generum,qui facit citari socerum sine uenia?

57 *Gener, qui sine uenia socerum in iudicium citari facit pœna extraordinaria punitur.*

58 *Iura super nouis casibus ꝓuidētia per identitatē rōnis possunt extendi. Et ꝓceditur de similibus ad similia.*

59 *Argumentum ab identitate rationis, uel de similibus ad similia præualet argumento a contrario sensu.*

60 *Contraria in iure quot modis soluantur?*

61 *Extensio ex identitate rationis an fiat, quando sumus in casu partim odioso, & partim fauorabili?*

62 *Pœnalis lex quæ est fundata in casu fauorabili an possit extendi?*

CIRCA extensionis materiam considerari possunt quatuor species iurium, nam quædam sunt iura noua correctoria iurium veterum: quædam vero sunt iura limitatiua nō pœnalia: quædam sunt pœnalia: quædam sunt non pœnalia, quæ non corrigunt nec limitāt alia iura, sed prouident casibus ab alijs iuribus non expresfsis. Venio ad primum, & procedam cō clusiue omissis argumentibus pro etcontra & recitationibus opinionum. Et concludo ꝙ circa prima iura

1 correctoria solet dari regula illa † non debent extendi per identitatem, vel per maioritatem rationis argu.l. præcipimus in fine.C. de appella. & l.scimus.C.de testam. & est bonus text.in authen.de admi.offic.§.fi.& vide text.clarum in l. si furiosi.C.de nuptijs & in l. si vero.§.de viro.ff.solu.matrimo.& ca. cum expediat de electio in vi. & hæc regula ponitur per glo.& doct.in authen.

quas actiones.C.de sacrosanct. eccle. per Bartol. in l. si constante in princi.ff.solu. matrimo. in vij. quæstio. Fallit tamen primo quando finalis ratio decidendi est expressa in tex. quia tunc vbicunque habet locum ista ratio, habet locum & correctoria iuris dispositio, nec dicitur ista extensio, quia hæc decisio apparet ex materia legis comprehensa sub verbis generalibus ipsius legis, licet non appareat ex verbis singularibus legis, & probatur in authen. vt qui obli.§.primo iunctis ibi notat per gloss.in versic. ad curat. Item ad hoc facit l.prima in princi.de legi.tut. & quod not. per Bart.in l. cum mulier la ij.ff. solu. matri. & quod per gloss. in l. prima.C. de his qui ante aper.ca.& quod per glo.& docto. in cap. primo de rer.permu.in vi. & clemen.prima eod. titu.& quod not.Bartol.in l.liberorum in vi. colum. versic. his præmissis.ff. de verborum signific. Secus autem quando ratio impulsiua est expressa in text.quia per illam non potest fieri extensio arg. l.prima.§.sexum.ff.de posthu.facit authen.constitutio innouat constitutionẽ iunctis nota. in dicta authen.quas actiones.& facit text. in cap. primo de tempo. ordina. in vi. iuncto eo quod nota.in gloss.in versi.Italiæ,& per Ioan. Anto. & Ioan. 2 Andr. in nouella, Si enim tex.†pœnalis non correctiuus non potest extendi ad casum similẽ,in quo habet locum ratio impulsiua, sicut in casu expresso in tex. multo minus extenditur ius correctorium. Fallit secundo in extensione passiua, 3 nam†vbi ius antiquum ponit vnam regulam,ista regula etiam trahetur ad iura noua correctoria iurium veterũ argu.l.primæ.§.primo.ff.ad l.Falci.

& ibi per Bartol. & quod nota. in dicta l. iiij. §. erit ff. vi bono. rapto. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iure in iiij. quæstio. vi. articuli principalis, vnde † si fieret lex noua, quæ interdiceret minori xxv. annis alienationē bonorum suorum immobilium, intelligeretur interdicta datio vsurarum, vel pignus, vel emphyteuticus contractus l. fina. de rebus alie. non alien. Item per hoc dici potest, ꝙ † lex noua corrigens iura vetera, quæ volunt matrem & auiam esse tutrices, habeant locum etiā in proauia & abauia, quia regula antiqua est ꝙ † appellatione auiæ & similium nominum contineantur aliæ personæ, quibus solet accidere Pro vel Ab, vnde Appellatione † nepotis continetur pronepos, & appellatione nurus continetur pronurus, sic & socrus pro socrus l. an eorum. §. primo. ff. de postu. & l. socrū & l. generi. ff. de verborum significa. & not. Bartol. in l. Gallus. §. instituens. ff. de libe. & posthu. licet idem Bart. in l. liberorum in penul quæstio. versi. quæro an appellatione nepotis, aliter dicat. Fallit tertio quādo a iure antiquo duo casus sunt æquiparati, nam tunc † ius nouum correctorium loquens in vno casu, intelligitur loqui etiam in reliquo l. fina. C. de indic. vidu. facit l. fin. de arbi. & capitu. a multis de ætate & quali. & cap. ad iuramentū de seruis non ordi. l. Marcellus. §. primo. & quod ibi per Bart. ff. ad Trebel. & quod not. glo. in l. quod vero. ff. de legi. & l. siquis seruo. C. de furt. et vide l. iij. §. si duo. ff. de legi. tu. In contrariū videtur esse gloss. magna circa medium in l. hæres absens de iudi. & §. placebat insti. de legi. agna. success. Et ideo † si fieret lex noua ꝙ filius posset con-

dere teſtamentum de peculio aduentitio, trahetur etiam ad codicillos l. ſecũda.ff.de leg.i. & hoc eſt de mente Barto.in l.diui.§ penulti.de codicil. Simi liter ſi fieret lex noua ꝙ mulier minor xij. annis poſſet condere teſtamentum, extendetur etiam ad codicillos per viam prædictam, Similiter for-
10 te dici poteſt, ꝙ ſi † fieret ius nouum ꝙ epiſco-pus proprius ſolus poſſet deponere & degrada-re ſubdiaconum, habet locum & in diacono, qui non eſt presbyter, quia diaconus & ſubdiaconus in omnibus æquiperantur, ex quo omnis ſunt or-dines ſacri, vt dicto cap. miramur, & dicto cap. in multis. Sed prædictam fallentiam intelligo, quando caſus ſunt æquiparati in omnibus & per omnia, quo ad effectum circa materiam illam de
11 qua agitur, vnde licet† ſit aliqualis differentia in ſubtilitate, vt quia in vno caſu detur directa, in alio vtilis, de hac modica differentia non curo, quia quaſi nullus eſt effectus l. actor.ff. de nego. geſt. & hoc patet ex nota.in dicta l. quod vero. & dicta l. ſiquis ſeruo, iuncta l. non tãtum.ff.de ſeruis corru. Item licet multæ reperiantur diffe-rentiæ in aliquibus caſibus diuerſis inter caſus verificatos, de hoc nõ curatur quod patet, quia li
12 cet† ſint plures differentiæ inter filium & ſeruum, l. tertia.§. ſi ſeruus & §. ſed & ſi filius.ff.de pecu. quia tamen in materia actionis ſerui corrupti pa rificantur, quod dicitur in vno habet locum &
13 in alio. Item videmus † quod licet ſint plures dif-ferentiæ inter teſtamentum & codicillos vt l. hac conſultiſsima.C. de teſtamen. & l. fina. in fin.C. de codicil. quia tamen teſtamentum & codicilli parificantur quo ad perſonam diſponentem,

quia ille demum potest facere codicillos, qui testamentum potest l. secunda. ff. de leg. primo & l. diui. §. penulti. ff. de iure codicil. ius nouum dispo nens quod quis possit, vel non possit condere testamentum habet locum etiam in codicillis, vt
14 nota. in dicta l. secunda. Vbi vero duo† casus sunt æquiparati in aliquibus, sed non per omnia quo ad effectum circa materiam illam de qua agitur, tunc ius nouum correctorium disponens de vno non habet locum de reliquo, vt patet ex l. fin. iuncta not. in authen. quas actiones. C. de sa crosan. eccles. & facit i. quæstio. i. sicut vrgeri & gloss. in l. creditori. ff. de operis no. nuncia. & in l.
15 si autem. §. si homo. ff. de rei vẽdica. Nam † dicta l. fina. in quatuor casibus tantum parificantur ciuitates, ecclesiæ, & alia loca pia, sed in alijs casibus hoc non reperitur in materia præscriptio
16 nis, quod patet quia cõtra† ecclesiã nõn currit præ scriptio. x. xx. vel xxx. anno. vt dicta authenti. quas actiones & cap. illud de præscriptio. & tamen currit contra ciuitates exceptio in casibus positis in dicta l. fina. argumen. l. secunda. C. de iu rei. pub. lib. xi. & l. cum qui vectigal. ff. de verbo rum significatio. facit quod not. glo. super rubri. C. de iure reipubli. & facit cap. i. ne cleri. vel mo.
17 in vi. nam licet† vnus parochialem ecclesiam, & habens dignitatem parificetur in multis, vt cap. de multa, de præbẽ. & cap. dudum il ij. de electio. quia tamen in multis differunt, ius imponens pœnam ipso iure, loquens in vno non trahetur ad reliquum vt dicto §. primo. Ex quo patet ꝙ multo minus trahetur ius correctorium, Et per
18 hoc puto† ꝙ ius nouum correctorium loquens de

electio. vel postulatione, non habeat locum in prouisione, licet gloss. quinta prima facie innuat contrarium in cap. si postquam in fin. de electio. 19 in vi. Nec † obstat ille text. in fin. Quia dico q illa extensio ibi fuit facta per conditorem canonis, & ideo illi standum est, facit capitu. constitutus de regu. iur. in vi. vnde ille text. potest induci in oppositum quasi si non interuenisset illa extensio Papæ cõtra dicendum fuisset de iure, ad quod facit regula, quod a iure. de regu. iur. in sexto & cap. constitutus de electio. Nec obstat prædictis quod not. in cap. fina. eodem titu. in gloss. ij. quæ cõmuniter tenetur, & in pratica obseruatur. 20 Quia respondeo † q illud cap. fina. non est expresse correctorium iurium veterum, sed limitat & declarat ea. Item non est pœnale vt ibi dicit Ioã. And. super dicta gloss. Et ideo potest ibi fieri extensio ad casum vbi sit eadem ratio, nisi quãdo agitur de amissione possessionis, non autem fit extensio ad casum vbi sit diuersa ratio, vt not. in dicto cap. fin. in gloss. fina. Et ex prædictis dici 21 potest q † vbi casus verus & fictus sunt in omnibus parificati a lege noua correctoria, vel alio modo exorbitanti vel odiosa, lex loquens in casu vero habebit locum etiam in ficto, & sic limitari põt doctrina quæ datur in l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gest. & in l. mercis. ff. de verborum signifi. quæ etiam tangitur per Bartol. in l. si is qui pro emptio. ff. de vsuca. & l. omnes populi. ff. de iusti. et iure. Addi potest & quinta limi. s. vbicunque 22 † in materia correctoria & pœnali non est expressa ratio in lege, tamen illa ratio non potest esse nisi vnica, cum illa habeatur pro expressa. l.

his solis.C.de reuo.dona.& est clarus text. & ibi Bald. in l.quamuis. C. de fal. quod sicut in prima fallen. fit extensio,ita & in ista quod nota.
23 Addere † potes & aliam positam per Imol.in capitu.cũ contingat. de iureiurã.scilicet vbi tractaretur de periculo animæ fit extensio etiam incor-
24 rectione: Additur † & septima vbi ageretur de puniendo delicto ad commodum reipublicæ vt no.glo.in l.secunda.§.ignominiæ.ff.de infam.Sed illa non loquitur in correctione, sed odiosis.
25 Secundus † articulus est, ꝙ quædam sunt iura limitatiua aliorum iurium,quæ iura non sunt pœnalia, & circa ipsum sic potest concludi,ꝙ vbicunque iura correctoria possunt extendi, multo magis iura limitatiua, quia multo minus sunt odiosa,quam correctoria. Hinc descendit ꝙ omnia iura & priuilegia, ex quibus limitantur alia iura extenduntur ad ecclesias propter regulam
26 † quæ habet ꝙ ecclesiæ funguntur iure minorum l.orphanatrophos. C. de episco. & clericis & cap.auditis. de in integrum restitu. & not. glo. Insti.de actio.§.item mixta & gloss.xvi.quæstio prima c.si re,& c.ex literis.de minor.& not.in ca.
27 placet de loca. Ex quo sequitur † ꝙ sicut sententia lata contra minorem ex falsa causa est nulla ipso iure.C.si ex fal. alleg. per totum, & nota. Bartol. in l. si is ad quem.ff.de acquiren. hæredi. & l. penulti. ff.de iustitia & iure.sic sententia lata cõtra ecclesiam erit nulla ipso iure vt l.acta.§.contra & l.cõtra pupillum.ff.de re iudica. & l. cum & minores.si aduers. rem iudi. & ibi per Bartol.
28 & tamen sententia lata † contra ecclesiam habentem prælatum seu rectorẽ indefensam ab ipso

valet si sit lata post litem contesta. vel vbi non requiritur litis contestatio. argumen. cap. prout & c. fina. de dolo. & contuma. & capitu. cum ex literis in fin. de in integrum restitutio. Si vero loquitur in alijs casibus, in quibus iura correctoria non possunt extendi. et tunc est concludendum

29 ꝙ † aut quæritur. An iura limitantia posint extendi per maioritatem rationis, & dicendum est quod sic, etiam si sint odiosa, argumen. l. non debet. ff. de reg. iur. & c. in plus de regu. iuris. in vi. bene facit gloss. in l. secunda. C. de patri. qui fil. di. & c. ex rescriptis de iureiuran. & l. non pos-

30 sunt. ff. de legi. Aut quæritur an posint extendi propter eandem rationem, vel extensionem quæ fit de similibus ad similia, & tunc aut iura limitatiua sunt introducta principaliter fauore

31 † seu priuilegio certarum personarum, & tunc nullo modo debent extendi ad alias personas argu. l. primæ. ff. de constitu. Princi. & cap. sane de priuileg. & cap. constituimus, de concess. præben. Ad quod facit quod not. Bartol. in l. prima

32 C. de iure & facti ignoran. vbi dicit ꝙ illa † lex quæ concedit priuilegium militibus armatæ militiæ vt posint exceptiones perēptorias opponere post rem iudic. non debet extendi ad milites cœlestis militiæ, idest Clericos, vt ibi per Bart. facit cap. inter monasterium & capi. suborta de re iudic. & capit. auditis. de in integrum restitutio. quamuis videatur sensisse contrarium in l. miles in princi. ff. de re iudica. & non bene per rationē prædictam. Et ꝙ clerici gaudeant priuilegio

33 militum in hoc videlicet, ꝙ non † posint exigi nisi quatenus facere posint deducto ne egeant

probat in cap. Oldradus de solu. vbi Hostien. hoc tenet Ioan. Andr. facit cap. peruenit de fideiuss. licet gloss. Bartol. & Angel. sentiat contrarium
34 in dicta l. miles. Et per prædicta † infero ꝙ priuilegium l. si infanti. C. de iure delib. quod est datum certis personis scilicet patri, auo, & proauo, vt ad illos transmittatur hæreditas nō adita, non extenditur ad matrem vel auum maternum, licet videatur esse eadem ratio, & hoc sensit Bartol, in l. ventri. C. de aquiren. hæredi. & dicta l. si infanti, licet quidam ibi contra teneāt. Aut iu-
35 ra limitatiua † sunt introducta principaliter fauore certæ causæ honestæ & fauorabilis, & non fauore certarum personarū principaliter, vt quia sunt introducta fauore relictorum pro anima: & tunc debent extendi per eandem rationem, vel per argumentum de similibus ad similia argu. l. nō possunt. ff. de legi. & l. cū quidam. ff. de libe. & posthu. & regula odia, de reg. iur. in vi. & facit glo. in l. illud. C. de sacrosf. eccles. in ver. alia causa & l. fin. in versi. captiuorum. eodem titu. Hinc
36 est † ꝙ leges tribuentes fauorem libertatibus in vltima voluntate relictis extenduntur ad omnia relicta pro anima, quia sunt introducta fauore certæ causæ piæ & honestæ, vt est relinquere libertatem, & ita tenet Bart. in l. proxime. ff. de his quæ in testamen. dele. & l. si vnus. C. de te-
37 sta. Hinc etiam † descendit ꝙ l. prima. C. de fideicom. quæ fauore certæ honestæ & fauorabilis causæ & alimentorum inducitur, ꝙ ex præstatione triennali inducatur firma obligatio ad soluendum relictum in non solenni voluntate extenditur ad relictum in causam dotis, quia re-

38 lictum † dotis est legatum pari fauore, quo alimentorum arg. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium & l. si cui. ff. de annuis leg. & ita tenet Bart. in l. cum de in rem verso in prima colum. ff. de
39 vsur. Quandoque iura limitatiua † non sunt introducta fauore certæ personæ, vel alicuius piæ & fauorabilis causæ, sed propter aliquam rationabilem causam, quæ suadet alia iura generalia limitari, & tunc talia iura semper possunt & debent extendi per identitatem rationis, vel argumenti de similibus ad similia, argumen. l. non possunt. ff. de leg. cum sequen. & l. de quibus, & not. per glos. & Bartol. in l. si constante in principio. ff. solut. matrimo. & facit quod not. Bart. in l. si vero. §. de viro eodem titu. Quandoque
40 iura limitatiua † permittunt aliquid impium & crudele propter necessitatem arduam, vt est lex, quæ permittit quod pater possit vendere filium pro fame, & tunc non debet extendi per eandem rationem, vel argumentum de similibus ad similia l. quod vero. cum sequen. ff. de legi. & l. si vero. §. de viro. ff. solu. ma. & in regula quæ a iure de reg. iur. in vi. Et hoc intelligo siue in tali iure sit apposita dictio taxatiua, siue non, licet gloss. videatur sentire contra in l. quæ propter necessitatem. ff. de regu. iur. licet Bartol. sentiat contrarium in l. si constante in prin. viij. quæstio. ff. solu. matrimo. de quo miror, quia videt̃ sensisse contrariũ & melius in dicto. §. de viro. Quandoque iu-
41 ra limitantia † sunt voluntaria, quia legislator ita instituit, ita quod non potest reddi ratio vrgens, & tunc dicta iura non debent extendi vt dicto. §. de viro, & sic accusatio potest intelligi

l.quod vero contra.ff.de legib.& facit cap. consti tutus & ibi gloss.de regu. iur. in sexto & bene facit clemen.dudum de sepul.& per hoc bene sequitur ꝙ l.hæc conditio la piccola.ff.de cōditio.&
42 demonstra. quæ statuit † quod in legatis conditio potestatiua debeat adimpleri per legatarium quamprimum potest, alias potest pro defecte haberi, quæ lex multum caret ratione vrgenti, non debet extendi ad contractum factum sub conditione potestatiua, etiam si sit promissio facta ex causa lucratiua, maxime quia ibi est efficatior obligatio propter consensum duorum, quæ fit in relicto in vltima voluntate, & hoc etiam tenuit Bartol. in dicta l. hæc conditio, qui allegat ad hoc l. ita stipula.ff.de verborum obligatione.
43 Et per hoc† sequitur ꝙ lex quæ voluit ꝙ contra querelam inofficiosi testamēti præscribatur quinquennio l. siquis filium & l. penulti.C.de inoffic. testamen. non debet extendi ad ius agendi ad supplementum pro legitima, & ita tenuit domi.Nicol. Mat.in dicta l. siquis, licet Bartol. ibi contra & non bene, maxime quia ibi non est eadem ratio, nam querela inofficiosi est odiosa, quia nō rescindit testamentum l. omnino & l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testamen. ergo &c. Et per hoc vltimo facit l. cum in fundo.§. si fundus communis.ff.de iure dotiū, & quod not.Bar. in l. prima.§.hæc actione.ff.siquis te.li.esse iussus.
44 Item per prædictis dici posset† ꝙ illa regula Catoniana quæ videtur multum voluntarie, & sine ratione facta vrgenti, non debeat extendi per eandem rationem, vel per argumentum de similibus ad similia, argu.l.fina.ff.de regu.Catho. &

hoc

hoc de secundo satis. Tertius Articulus est, ꝙ
45 quædam sunt iura pœnalia, circa † habent dici
potest, ꝙ in omnibus casibus, in quibus iura cor
rectoria possunt extendi, multo magis pœnalia,
quia multo minus sunt odiosa, In aliis vero ca
sibus distinguendum est, quod aut quæritur an
possit fieri extensio per maioritatem rationis?
& dicendum est ꝙ sic, etiam si ius imponat pœ
nam ipso iure argumen.l. secundæ.§.ius occiden-
di.ff. de adulter. & l. relegatorum.§. Interdicto
cũ sequen.ff.de interdi.& relega.& hoc videtur
ibi de mente Bartol. ad quod vide l. fina. C.de
interdi.matri. iuncto cap.i.de eo qui procur.vbi
videtur contrarium,& l. sciendũ.ff.de parrici. &
l. lex Iulia.§.hoc capitis.ff.de ritu nuptia. pro pri
ma parte facit l. secunda. C.de patri. qui fil.di.&
capit. quanto de iureiuran. & videtur de mente
Barto.in l.nõ possunt.ff.de legi.Facit etiam quod
not. Paul.in clemen.prima.de sepul. vbi tenet† ꝙ
46 pœna excommunicationis,quæ imponitur ip-
so iure sepellientibus excommunicatos,vel vsura
rios manifestos in cimiterio, habet locum etiam
in sepellientibus tales in ecclesiis, quia hoc sua-
47 det maioritas rationis, nam † maior honor est
sepelliri in ecclesia,quam in cimiterio xiij. quæ-
48 stio.secunda cap. nullus.Quod aũt† appellatio
ne cimiterij non comprehendatur ecclesia est tex.
in cap. primo de consecra. eccle. in sexto. Item
allego not. in cap. contingit il primo. de senten.
excom. & cap.primo de vita & honesta. cleri.
49 in vi. vbi iura volentia† ꝙ percutiens clericum
sit excommunicatus ipso iure, nec possit absol-
ui nisi a Papa,habent locum in clerico multomą

gis percutiente se ipsum, cum plus deliquerit, quã percutiens alium clericum xxij. quæstio.v. cap. sed non licet & l.si quis autẽ, ff. de bon.eo. Aut 50 †quæritur an possit fieri extensio per eandem rationem, vel de similibus ad similia, & tunc, aut iura imponunt pœnam ipso iure, & tunc dicuntur esse exorbitantia & odiosa multum, quam quando realiter pœna est per sententiam iudicis imponenda, & ideo non extenduntur argumen. l.quod vero.ff.de legi.& est tex.in c.i ne cleri. vel mo.in vi.& cap.Statutum de electio,in vi.& per Ioan. And. in nouella in regula odia, Fallit nisi prouisio legis efficeretur quodammodo delusoria, nisi fieret extensio verborum eius per eandẽ rationem ad casum comprehensum sub verbis legis saltem per largum significatum, quia tunc talis extensio toleratur, ne legi fiat magna plaga.i. ne videatur illusoria argu.cap. si ciuitas de senten.excom.in vi.& l. non dubium, de legi. facit cap.amissæ.§.i.de electio.in sexto. Attenta ratione quam ponit text.in cap.si postquam.§.primo.cum gloss.& cap. quanquam de vsur.in vi. quam cõmuniter tenent doct. in q.vlt.vbi volũt 51 ꝙ ille tex.†imponens vsurarijs manifestis pœnã ipso iure ꝙ eorum testamẽta sint nulla, nisi prius satisdederint de vsuris restituendis secundum formam impositam, extendatur ad codicillos, & etiam ad donationes causa mortis, si enim diceremus contra quasi fieret delusoria prouisio illius tex.& sic parum timeretur ibi pœna, quia per codicillos, et donationes causa mortis semper dispo nerent vsurarij de eorum bonis quando vellent euitare onus satisdationis de vsuris restituendis,

& istam doctrinam ponit Anto.de But.in dispu tatione sua, quæ incipit, Bononiæ quidam vsura-
52 rius &c. Aut iura† disponunt pœnam, quæ ve nit per sententiam iudicis infligenda vt est regula riter, & tunc aut est odiosa, quia inrationabilis, vt ꝙ alius pro alio puniatur, & tunc non debet extendi vt l.quod quisque.C.ad l.ma.Idem si es- set odiosa, quia imponeret nimis magnam pœ- nam attenta qualitate facti l.quod vero cum seq. ff. de legi.& cap.pœnam de pœni.dist.prima, & facit quod not.in l. prima.ff. de verbo. significa. & Cyn. in l. quicunque.C. de serui. fugi. Aut
53 est† pœna rationabilis, & tunc aut imponitur pro delicto affirmatiuo, quod committitur principa- liter in faciendo aliquid illicitum, & tunc debet extendi per eandem rationem, vel de similibus ad similia arg.l.non possunt.ff.de legi.& l.si quis id quod.§.i.ff.de iurisdi.omn.iudi. iuncta l.eū qui vectigal.ff.de verbo.signific. & facit quod not. gloss.quæ communiter tenetur in l.siquis in tan- tam.C.vnde vi, quæ voluit regulam illam extē- di ad immissionem factam circa iura incorpora- lia.& facit etiam quod not Cyn.in l. quicunque. C.de ser.fugi. & Bartol in l.prima.ff. de verbo. significatio.& l.iura non in singulas. ff. de legib.
54 Quandoq; pœna† imponitur pro delicto nega- tiuo scilicet, ꝙ committitur principaliter omitten do aliquid, vt non soluendo, vel non cōfitendo, vel non petendo veniam de in ius vocando, tūc non debet fieri extensio, vt est glo.singu. institu.
55 de actio.§. Item mixta & §.pœnales, nec† mirū quia leuiora sunt delicta quæ fiunt omittendo, quam quæ fiunt faciendo illicitum l.prima.§.im-

pubes & ibi not.ff.ad Silla.facit l.secunda.C.de li be.& eorum lib. iuncta l.solo.C.de libe. cau. Et 56 ex hoc sequitur † ꝙ lex imponens pœnam x. aureorum omittenti petere veniam quando facit citari parentem, non debet extendi ad generum, qui facit citari socerum sine venia. Fateor tamen 57 † ꝙ talis gener deliquit & poterit puniri pœna extraordinaria, argu. l generaliter cum glo.ff.de in ius voc. Sed ista pœna arbitraria erit minor ꝙ̃ ordinaria, quæ imponitur filio vel liberto. Ad qđ facit quod not. per doct. & gloss. in cap. inquisitionis in princi. de accusatio. Quartus articulus est, ꝙ aliqua sunt iura non pœnalia, quæ non corrigunt, nec limitant alia iura, sed in casibus nouis prouident, non prouisis, ab alijs iuribus, & 58 in hoc † dicendum est, ꝙ potest fieri extensio per identitatem rationis, idem de similibus ad similia arg. l. non possunt. ff. de legi. & l. a Titio. ff. de ver bo. obli. & c. inter cætera de rescriptis. Et aduer 59 te † quia puto, ꝙ præualeat argumentum ab iden titatem rationis, vel de similibus ad similia, argu mẽto a cõtrario sensu, qđ posset colligi ex aliqua lege noua, nam licet dicta tria argu. a iure sint approbata, tamen in dubio debet eligi benignior intellectus l. benignius. de legib. & cap. fina. de transac. Sed benignius & rationabilius est dicere ꝙ procedatur extendendo per rationes, vel de similibus ad similia, argu. l. nam vt ait, & l. ideo quia de legi. quam dicere, ꝙ valeat argu. a con trario sensu, quia resultaret absonus intellectus argu. l. ij. de condic. inser. quam econuerso decide re aliquid per argumentum a sensu contrario, & 60 decidere aliud hic, aliud ibi. Quot modis † sol-

uantur contraria in iure vide Bal. in prima constitutione ffforum. in iiij.colum.nec assignat rationem diuersitatis. Quid autem sit dicendum, & 61 an † ex identitate rationis fiat extensio, quando sumus in casu partim odioso & partim fauorabili? Vide glo.in l. sed si hac.§.fina.ff. de in ius voc. & l.venia.C.eod.titu. & in l.maximum vitium. C.de libe. præter. & in l. tertia.§. minorem.ff. de 62 minor. Et quid lex † est pœnalis, sed est fundata in casu fauorabili An possit extendi? vide tex.singu.in cap.cum dilecta de concess. præb. vbi dicitur ꝙ sic.Sed potest dici ꝙ illa est extensio legis dictum est supra in primo membro in principi iij. colum.

REGESTVM.

*** A B C D E F G H I.

omnes sunt quaterniones præter
I duernionem.

VENETIIS *Apud Cominum de
Tridino Montisferrati.*
MDLVII.

